SPRAWOZDANIA SZKOLNE
Książnica
Kopernikańska
w Toruniu
SCHULPROGRAMME

Ad topica carminum amatoriorum symbolae.

Scripsit
Dr. Bruno Lier.

Wissenschaftliche Beilage

zum

Programm des Königl. Marienstifts-Gymnasiums
zu Stettin.

Ostern 1914.

STETTIN.
Druck von Herrcke & Lebeling.
1914.

1914. Progr.-No. 220.

BIBLIOTHEK DES KÖNIGL. GYMNASIUMS ZU THORN

‚Vos exemplaria Graeca
nocturna versate manu, versate diurna.'

Graecos in litteris omnibusque fere ingenii studiis Romanorum magistros fuisse cum alii Romanorum scriptores confirmaverunt tum Horatius non nescivit hisque verbis expressit:

‚Graecia capta ferum victorem cepit et artes
intulit agresti Latio.'

Hodie quoque iis utriusque populi litterarum monumentis, quae ad nostram aetatem pervenerunt, Romanos omnibus fere locis Graecorum vestigia pressisse perspicere licet. Ac perspectum est iam pridem a viris doctis. Neque tamen in hac universa re est acquiescendum, sed hominum doctorum est in singulis litterarum generibus singula persequi et quod quisque Graecorum exemplar scriptor Romanus ad imitandum sibi proposuerit, investigare. Nam nisi ea quae mutuati sunt Romani discernuntur, quae ipsi effecerunt plane cognosci non possunt.

Ad hanc rem perficiendam quamquam iam multa sunt in litteris elaborata, tamen tantum abest, ut omnia sint explorata, ut multa etiamnunc conficienda esse videantur. Itaque Ed. Norden, vir ille et Graecis litteris et Latinis eruditissimus, de iis rebus, quae in praesens sunt pertractandae, ita dicit:*) ‚Es ist ein beneidenswert schöner Glaube, lateinische Schriftstücke irgendwelcher Art rein aus sich selbst heraus erklären zu können, aber es ist doch ein Wahnglaube und in Wahrheit das Produkt der *ἀνιστορησία*, ein Rudiment aus den Zeiten der Renaissance, die das Lateinische isolierte. **Was wir brauchen, das ist vielmehr, um es kurz so zu formulieren, eine Topik der Motive in Poesie und Prosa'.**

*) Gercke-Norden, Einleitung in die Altertumswissenschaft ² I, p. 446.

Quarum rerum ad eam partem, quae spectat ad carmina amatoria, accedere huiusque litterarum generis locos communes colligere mihi est in animo. Qua in re semper fere apparet eosdem τόπους et in Graecorum litteris et in Romanorum inveniri semperque considerantibus nobis utri ab alteris pendeant iudicandum est Romanos ex Graecis fontibus hausisse; atque etiam si duorum locorum, in quibus eadem sententia occurrit, Graeci loci auctor post Latinum vixit, cavendum est, ne specie inducti Graecum a Romano mutuatum esse putemus: immo utrumque ex tertio aliquo fonte communi hausisse putandum est.*)

Graecarum litterarum ea aetas, qua Venus amoris dea regnabat, est Alexandrinorum, quae dicitur. Illis enim praecipue temporibus amatoria carmina et elegiae et, quae cum his arte cohaerent, epigrammata vigebant. Alexandrinorum elegiae amatoriae ipsae temporum iniquitate perierunt; qua re relinquitur, ut illorum elegiae ex carminibus Romanorum amatoriis Catulli, Tibulli, Properti, Ovidi, quos Alexandrinorum vestigia pressisse ex ipsorum testimoniis apparet, cognoscantur. At epigrammata Graecorum vetustatem tulerunt. Quae carmina quia singula ut parva facile perire poterant, mox in florilegia congerebantur, qua re permulta illa ad nostram aetatem pervenerunt, quae in Anthologia Palatina, quae fertur, exstant. Haec duo sunt ea litterarum genera, a quibus loci communes amatorii praecipue sunt petendi. Ac proficisci quidem ab epigrammatis expedit, utpote quibus id poetae plerumque spectent, ut singulas sententias brevitate quadam atque acumine versibus exprimant. Ad nostram quaestionem pertinent Anthologiae Palatinae epigrammata libri V, quo amatoria continentur; praeterea huc spectant carmina imprimis libri XII, Stratonis Musae puerilis, ac ne in aliis quidem libris amatoria carmina passim dispersa desunt.

Sed praeter elegias et epigrammata etiam tertium poesis genus exstat, quo Amor plurimum valebat: comoediam novam quae fertur Atticorum dico, quae Plauti et Terenti fabulis imitatione est expressa.

*) Conf. E. Rohde, Der griechische Roman und seine Vorläufer.[2] Leipz. 1900, p. 148 et Mallet, Quaestiones Propertianae, Gottingae 1882, p. 56.

Cum Plauto et Terentio in sententiis amatoriis adhibendis et tractandis Tibullum, Propertium, Ovidium non raro consentire, eos viros doctos, qui illis poetis interpretandis operam dederunt, non fugit. Quae res quomodo explicanda sit, Fridericus Leo docuit.*) Ita rem se habere vir ille doctissimus ratiocinatur: res amatoriae a comicis poetis ex hominum vita desumptae in Alexandrinorum poesin transierunt praecipueque in elegiam, qua amplificatae sunt uberiusque exornatae. Cohaesisse autem Alexandrinorum elegiam cum Atticorum comoedia nova vel ex eo cognosci potest, quod Romanorum elegia saepe consentit cum Romanorum comoedia. Cum enim dubitari non possit, quin Tibullus, Propertius, Ovidius veteres Romanorum poetas minimi aestimaverint, fieri non potest, quin et elegiaci Romanorum poetae et comici ex communi tertio fonte, scilicet ex comoedia nova Atticorum hauserint. Quo ex fonte Plautum et Terentium recta via hausisse inter omnes constat. Elegiacos autem Romanorum poetas non ipsos comicos, sed eorum aemulatores, elegiacos Alexandrinos imitatos esse, veri est simillimum.**)

Haec universa satis sunto. Iam ad ipsam dissertationem transeamus.

§ 1. Initium disserendi faciam ab ea sententia, quae saepissime in poesi amatoria occurrit, amatores magno amore inflammatos contendere solere sua amica neminem usquam pulchriorem inveniri, at illam omnes alias mulieres pulchritudine longe superare. De quo loco communi universo iam Hoelzer***) disputavit. Neque vero satis habet amator suam puellam omnium pulcherrimam esse, sed ad tantam saepe procedit admirationem, ut amatae puellae pulchritudinem comparet cum dis. Quo in

*) Plautinische Forschungen [1], p. 129.

**) De elegiae Romanorum origine aliter ac Leo iudicat Jacoby (Mus. Rhen. vol. LX, p. 38–105). Contendit enim a poetis Alexandrinis elegias ad ipsorum amores pertinentes omnino non esse compositas studetque demonstrare elegiam Romanorum originem duxisse ex Alexandrinorum epigrammatis amatoriis, quae ipsa recta via penderent ab Atticorum comoedia nova. Cf. Heinemann, Epistulae amatoriae quomodo cohaereant cum elegiis Alexandrinis. (Dissert. Argentor. XIV 3) Argentorati 1909.

***) Hoelzer, De poesi amatoria a comicis Atticis exculta, ab elegiacis imitatione expressa. Pars I. Dissert. inaug. Marpurgi 1899, p. 18 sqq.

τόπῳ non mirum est praecipue Venerem eiusque puerum, Cupidinem, in certamen vocari. Quod his exemplis et Graecis et Latinis confirmetur:

A. P. V 72*) Rufini:

Δαίμονες, οὐκ ἤδειν ὅτι λούεται ἡ Κυθέρεια,
χερσὶ καταυχενίους λυσαμένη πλοκάμους.
ἱλήκοις, δέσποινα, καὶ ὄμμασιν ἡμετέροισι
μήποτε μηνίσῃς, θεῖον ἰδοῦσι τύπον.
νῦν ἔγνων. Ῥοδόκλεια καὶ οὐ Κύπρις. εἶτα τὸ κάλλος
τοῦτο πόθεν; σύ, δοκῶ, τὴν θεὸν ἐκδέδυκας.

Quid quod Venus ipsa, cum mulierem pulcherrimam in Nilo flumine membra lavantem conspexerit, se alteram Venerem, tamquam sui imaginem aspicere putat? A. P. IX 386 incerti:

Ἁ Κύπρις πρῴαν γυμνάν σ' ἐβάσεν ἰδοῦσα·
„Φεῦ, φεῦ, πῶς σταγόνων ἔκτοθεν Οὐρανίων,
ζαλώσας ὠδῖνα Θαλάσσας, ὁ θρασὺς ἄλλαν
Νεῖλος ἀπὸ γλυκερῶν Κύπριν ἀνῆκε βυθῶν;“

Conferas etiam Claudianum, sedulum illum poetarum Alexandrinorum imitatorem [epigr. 91]:

‚hic formosa iacet Veneris sortita figuram.‘

Ovid. amor. III 11, 47:

‚perque tuam faciem, magni mihi numinis instar. . .‘

Huc illud quoque epigramma dedicatorium pertinet, quo amator puellam propterea pulcherrimam esse dicit, quod a Venere cestum venustatem omnem gratiamque tribuentem acceperit: (A. P. VI 88 Antiphanis Macedon.)

Αὐτή σοι Κυθέρεια τὸν ἱμερόεντ' ἀπὸ μαστῶν,
Ἰνώ, λυσαμένη κεστὸν ἔδωκεν ἔχειν,
ὡς ἂν θελξινόοισιν ἀεὶ φίλτροισι δαμάζῃς
ἀνέρας· ἐχρήσω δ' εἰς ἐμὲ πᾶσι μόνον.

Simili modo puer amatus comparatur cum Cupidine, Veneris filio; A. P. XII 54 Meleagri:

Ἀρνεῖται τὸν Ἔρωτα τεκεῖν ἡ Κύπρις, ἰδοῦσα
ἄλλον ἐν ἠϊθέοις Ἵμερον Ἀντίοχον.
Ἀλλά, νέοι, στέργοιτε νέον Πόθον· ἢ γὰρ ὁ κοῦρος
εὕρηται κρείσσων οὗτος Ἔρωτος Ἔρως.

*) Anthолog. Graec. ed. Stadtmüller.

A. P. XII 75 Asclepiadis:

Εἰ πτερά σοι προσέκειτο, καὶ ἐν χερὶ τόξα καὶ ἰοί,
οὐκ ἂν Ἔρως ἐγράφη Κύπριδος, ἀλλὰ σύ, παῖς.

A. P. XII 76–78; XVI 68.

Conf. nunc Alliae Potestatis elogium (Atene e Roma XVI 259) v. 18:

‚et nitor in facie permansit eburneus illae,
qualem mortalem nullam habuisse ferunt.'

Haec sententia ita augeri solet, ut amator puellam etiam superare Venerem praedicet; velut Paulus Silentiarius amatorem, qui puellae piscem tamquam a Venere marina sibi oblatum mittit, Venerem se ab illa victam pulchritudine fassam esse dicentem facit A. P. V 300, 5:

εἰ δέ τί σοι στέλλω βύθιον γέρας, ἴλαθι, κούρη·
εἰς σὲ θαλασσαίη τοῦτο φέρει Παφίη,
κάλλεϊ νικηθεῖσα τεοῦ χροὸς ἱμερόεντος,
τὸ πρὶν ἐπ' ἀγλαΐῃ θάρσος ἀπωσαμένη.

Praeterea conferas velim Ovid. amor. III 2, 59:

‚quod dea promisit, promittas ipsa, rogamus:
pace loquar Veneris, tu dea maior eris.'

Tibull. IV 13, 13:

‚nunc licet e caelo mittatur amica Tibullo,
mittetur frustra, deficietque Venus.' *)

Meleagri Heliodora Gratias gratia superat, id quod poeta his versibus praedicat (A. P. V 147):

Φαμί ποτ' ἐν μύθοις τὰν εὔλαλον Ἡλιοδώραν
νικάσειν αὐτὰς τὰς Χάριτας χάρισιν.

Neque vero solum amata puella ab amatore cum dea comparatur, sed contra etiam ab amante muliere amator cum Jove. Catull. 70:

‚Nulli se dicit mulier mea nubere malle
quam mihi, non si se Juppiter ipse petat.'

*) Non mirum, quod deae cum mortalibus exaequatae vel ab iis victae ira invidiaque amantibus excitatur; conferas Propert. III 28, 9:

‚num sibi collatam doluit Venus ipsa paremque?
per se formosis invidiosa deast.'

Alia exempla huius sententiae collegit Hoelzer l. l. p. 21.

vel eiusdem c. 72:

‚Dicebas quondam solum te nosse Catullum,
Lesbia, nec prae me velle tenere Jovem.'

Denique amator magno amore captus se ipse exaequat cum dis. Quae sententia iam legitur in illo Sapphus praeclaro carmine (Anth. lyr. 2 [Bergk]):

Φαίνεταί μοι κῆνος ἴσος θέοισιν
ἔμμεν ὤνηρ ὅστις ἐναντίος τοι
ἰζάνει, . . .

Quam Catullum imitatum esse carmine 51 nemo nescit:

‚Ille mi par esse deo videtur,
ille, si fas est, superare divos,
qui sedens adversus identidem te
spectat et audit.'

Iterum ac saepius occurrit haec sententia. A. P. V 93 Rufini:

εὐδαίμων ὁ βλέπων σε· τρισόλβιος ὅστις ἀκούει·
ἡμίθεος δ' ὁ φιλῶν· ἀθάνατος δ' ὁ γαμῶν.

Propert. III 15, 39:

‚si dabit haec multas (scil. noctes), fiam immortalis in illis.
nocte una quivis vel deus esse potest.'

Propert. III 14, 9:

‚quanta ego praeterita collegi gaudia nocte:
immortalis ero, si altera talis erit.'

Plaut. Curc. 167, Merc. 603, Poen. 276, Pseud. 1258.

§ 2. Amatori puellam amatam in caelum extollenti facile in mentem venit iudicii illius praeclari, quod fecit Paris litem componere a Jove iussus trium dearum de pulchritudine certantium. Quod iudicium poetae ita in suum usum conferre solent, ut puellam amatam in Veneris locum substituant. Velut Rufinus Junonem et Minervam *Μαιονίδος* puellae pulchritudini invidentes ita loquentes facit (A. P. V 68, 3):

Οὐκέτι γυμνούμεσθα· κρίσις μία ποιμένος ἀρκεῖ·
οὐ καλὸν ἡττᾶσθαι δὶς περὶ καλλοσύνης.

Saepe etiam in hoc sententiarum nexu puella Veneri praestat. Paris enim, si amata puella cum tribus deis in pulchritudinis

certamen quarta descendisset, sententiam secundum Venerem dictam mutavisset pomo illi tributo. A. P. V 221, 5 Agathiae:

εἰ δὲ καὶ ἀγλαΐης κρίσις ἵστατο, μᾶλλον ἂν αὐτὴ
Κύπρις ἐνικήθη, κἀνεδίκαζε Πάρις.

Simili modo in Rufini carmine obscoeno A. P. V 34, 9–10. Propertius, Cynthiae suae laudes praedicans, his verbis deas alloquitur (II 2, 13):

‚cedite iam, divae, quas pastor viderat olim
Idaeis tunicas ponere verticibus.'

A. L.*) 897, 81:

‚De pretio formae cum tres certamen inissent
electusque Paris arbiter esset eis,
praefecit Venerem Paridis censura duabus
deque tribus victae succubuere duae.
Cum tribus ad Paridem si quarta probanda venires,
prae tribus a Paride quarta probata fores.
Pomaque si formae potiori danda fuere,
haec potius formae danda fuere tuae.'

Aliter ac Paris iudicat Rufinus poeta, arbiter factus pulchritudinis trium mulierum (A. P. V 35, 11–12):

ἀλλὰ σαφῶς ἃ πέπονθε Πάρις διὰ τὴν κρίσιν εἰδώς,
*τὰς τρεῖς ἀθανάτας εὐθὺ συνεστεφάνουν.***)

§ 3. In alia etiam sententiarum ratione puella cum dea comparata in poesi amatoria occurrit; digna enim existimatur, quam, cum sit pulcherrima, artifices exemplar sibi sumant, si quando iis Venus vel alia dea sit effingenda.

A. P. V 14 Rufini:

Ποῦ νῦν Πραξιτέλης; ποῦ δ' αἱ χέρες αἱ Πολυκλείτου,
αὐταῖς πρόσθε τέχναις πνεῦμα χαριζόμεναι;

*) Anthologia Latina, rec. Alexander Riese.

**) Ovidius iudicium Paridis eo modo in rem suam convertit, ut Veneris victoriam a duabus deis latam laudibus efferens et iuvenes et puellas ad amandum incitet. Conferas rem. am. 711:

‚Utraque formosae Paridi potuere videri:
sed sibi collatam vicit utramque Venus.'

vel art. am. I 247:

‚Luce deas caeloque Paris aspectavit aperto,
cum dixit Veneri „vincis utramque, Venus."

τίς πλοκάμους Μελίτης εὐώδεας ἢ πυρόεντα
ὄμματα καὶ δειρῆς φέγγος ἀποπλάσεται;
ποῦ πλάσται; ποῦ δ' εἰσὶ λιθοξόοι; ἔπρεπε τῇδε
μορφῇ νηὸν ἔχειν, ὡς μακάρων ξοάνῳ.

Petron. 126 (Büch.): ‚nec diu morata dominam producit e latebris laterique meo applicat, mulierem omnibus simulacris emendatiorem.' Conf. Aristaenet. epist. I 1*).

De hoc loco communi iam Rohde in libro, qui inscribitur Der griechische Roman² p. 165 adn. 2 disseruit, ubi alia etiam praeter haec exempla invenies allata; porro conf. Hoelzer l. l. p. 19 sq.

Huc pertinent etiam ii loci, quibus quamquam deorum ratio non habetur, puella tamen artifici exemplar commendatur: Plaut. Poen 1271:**)

‚o Apella, o Zeuxis pictor,
cur numero estis mortui? hinc exemplum ut pingeretis.'

Prop. II 3, 41:

‚si quis vult fama tabulas anteire vetustas,
hic dominam exemplo ponat in arte meam.'

Praeterea Ps.-Anacr. 16 et 17; A. P. XII 56–57; XVI 161, 162, 168.

§ 4. Saepe mentio fit furtorum Jovis, quippe qui cum Danae, Leda, Europa aliisve mulieribus amoris consuetudine fuerit iunctus. Amator autem, quanto illis mulieribus a Jove dilectis pulchriorem suam puellam esse putat, tanto magis veretur, ne Juppiter pulchritudine puellae captus rursus mutetur puellamque suam sectetur; alii etsi periculum non esse putant, ne sibi eripiantur a Jove amores et deliciae, at tamen suam puellam esse veram Danaen, amore Jovis dignissimam contendunt. A. P. V 256 Palladae:

Νῦν καταγιγνώσκω καὶ τοῦ Διὸς ὡς ἀνεράστου,
μὴ μεταβαλλομένου τῆς σοβαρᾶς ἕνεκα —
οὔτε γὰρ Εὐρώπης, οὐ τῆς Δανάης περὶ κάλλος
οὔθ' ἁπαλῆς Λήδης ἐστ' ἀπολειπομένη —

*) Heinemann l. l., p. 59.
**) Jacobs ad A. P. V 14.

Petron. 126:

‚quid factum est, quod tu proiectis, Juppiter, armis
inter caelicolas fabula muta taces?
nunc erat a torva submittere cornua fronte,
nunc pluma canos dissimulare tuos.
Haec vera est Danae. Tempta modo tangere corpus. . .‘

A. L. 897:

‚Non Helenae mater nec par tibi filia Ledae,
quamvis haec Paridem moverit, illa Jovem.
. . . . .
Tuque puellarum dum ludis in agmine princeps,
inter virgineos lucida stella choros,
si magno conspecta Jovi de nube fuisses,
deposuisse deum non puduisset eum.‘

67–68.

Ovid. amor. I 10, 1:

‚Qualis ab Eurota Phrygiis avecta carinis
coniugibus belli causa duobus erat,
qualis erat Lede, quam plumis abditus albis
callidus in falsa lusit adulter ave,
qualis Amymone siccis erravit in agris,
cum premeret summi verticis urna comas,
talis eras: aquilamque in te taurumque timebam,
et quidquid magno de Jove fecit amor.‘

Prop. II 2, 3:

‚cur haec in terris facies humana moratur?
Juppiter, ignoro pristina furta tua.‘

Eiusdem I 13, 29:

‚nec mirum, cum sit Jove dignae proxima Ledae,
et Ledae partu gratior, una tribus,
illa sit Inachiis et blandior heroinis,
illa suis verbis cogat amare Jovem.‘

Frequentata est haec sententia in carminibus Musae puerilis, in quibus puer iterum ac saepius comparatur cum Ganymede, quem Juppiter in aquilam conversus in caelum rapuit. Dubium non est amatori, quin Juppiter, si puerum videret, amore inflammatus Ganymede repudiato hunc, qui ministraret sibi pocula, abriperet.

A. P. XII 194 Stratonis:

Εἰ Ζεὺς ἐκ γαίης θνητοὺς ἔτι παῖδας ἐς αἴθρην
ἥρπαζεν, γλυκεροῦ νέκταρος οἰνοχόους,
αἰετὸς ἂν πτερύγεσσιν Ἀγρίππαν τὸν καλὸν ἡμῶν
ἤδη πρὸς μακάρων ἦγε διηκονίας.
Ναὶ μὰ σὲ γάρ, Κρονίδη, κόσμου πάτερ, ἦν ἐσαθρήσῃς,
τὸν Φρύγιον ψέξεις αὐτίκα Λαρδανίδην.

A. P. XII 20 Juli Leonidae:

Θαῦμα γὰρ εἰ Περίανδρον ἰδὼν οὐχ ἥρπασε γαίης
τὸν καλόν· ἢ φιλόπαις οὐκέτι νῦν ὁ Θεός.

Similia leguntur A. P. XII 64, 3–4; 65; 69; 70; 37. – Conferas etiam Hoelzerum l. l. p 22.

§ 5. Puellarum gratia saepe fit, ut amata mulier in numerum dearum relata tribus Gratiis exaequetur. Usitata huius sententiae forma ea est, qua amator puellam unam esse ex tribus Gratiis contendat.

A. P. V 148 Meleagri:

Τίς μοι Ζηνοφίλαν λαλιὰν παρέδειξεν ἑταίραν;
τίς μίαν ἐκ τρισσῶν ἄγαγέ μοι Χάριτα;
ἆρ' ἐτίμως ἀνὴρ κεχαρισμένον ἄνυσεν ἔργον
δῶρα διδοὺς καὐτὰν τὰν Χάριν ἐν χάριτι.

Idem Meleager in maius extollit Heliodoram suam, cum eam vel Gratias ipsas superare dicit (A. P. V 147):

Φαμί ποτ' ἐν μύθοις τὰν εὔλαλον Ἡλιοδώραν
*νικάσειν αὐτὰς τὰς Χάριτας χάρισιν.**)

Interdum sententia ita conformatur, ut puella quarta Gratia tribus illis adnumeretur.

A. P. V 145 Callimachi:

Τέσσαρες αἱ Χάριτες· ποτὶ γὰρ μία ταῖς τρισὶ κείναις
ἄρτι ποτεπλάσθη κἤτι μύροισι νοτεῖ·
εὐαίων ἐν πᾶσιν ἀρίζαλος Βερενίκα,
ἃς ἄτερ οἰδ' αὐταὶ ταὶ Χάριτες Χάριτες.

*) Conf. Aristaenet. epist. I 2: *δύο κόραι προσῆλθον ἀναβλέπουσαι χάριν ἔρωτος μειδιῶσαι καὶ μόνῳ* (emend. Kroll; cod. *μόναι*) *γε τῷ ἀριθμῷ λειπόμεναι τῶν Χαρίτων.*

A. P. V 69 Rufini:

σὺν σοὶ δ' αἱ Χάριτες τέσσαρές εἰσι, φίλη.

Quid quod virtutes et laudes puellae ita cumulantur, ut eadem triplex sit dea, cum et Gratiae sit instar et Veneris et Musae; quo fit, ut iam quattuor numerentur Gratiae, Veneres duae, decem Musae.

A. P. V 94 incerti:

Τέσσαρες αἱ Χάριτες, Παφίαι δύο καὶ δέκα Μοῦσαι *)
Λερκυλὶς ἐν πάσαις· Μοῦσα, Χάρις, Παφίη.

Saepissime puellae non ipsae Gratiae fiunt, sed deae iis favisse et gratiam aliaque bona et corporis et animi tribuisse dicuntur.

A. P. V 194 Meleagri:

Αἱ τρισσαὶ Χάριτες τρισσὸν στεφάνωμα συνεῖραν
Ζηνοφίλᾳ, τρισσᾶς σύμβολα καλλοσύνας·
ἃ μὲν ἐπὶ χρωτὸς θεμένα πόθον ἃ δ' ἐπὶ μορφᾶς
ἵμερον, ἃ δὲ λόγοις τὸ γλυκύμυθον ἔπος.

A. P. V 259, 7 Pauli Silentiari:

μορφὴν τριχθαδίην Χαρίτων τριὰς ἀμφιπολεύει·
πᾶσα δέ μοι μορφὴ πῦρ ἴδιον προχέει.

Similia inveniuntur A. P. V 139; 12; 121; XII 121.

Praeter Gratias aliae etiam deae, praecipue Venus eiusque filius, puellas ornaverunt omni venustate et gratia:

(A. P. V 195 Meleagri)

Ζηνοφίλᾳ κάλλος μὲν Ἔρως, σύγκοιτα δὲ φίλτρα
Κύπρις ἔδωκεν ἔχειν, αἱ Χάριτες δὲ χάριν.

A. P. V 136.

Quin etiam quattuor deae a Rufino poeta laudantur, quae Melitam suam pulchritudine ornaverint:

(A. P. V 93)

Ὄμματ' ἔχεις Ἥρης, Μελίτη, τὰς χεῖρας Ἀθήνης,
τοὺς μαζοὺς Παφίης, τὰ σφυρὰ τῆς Θέτιδος.

---

*) Conf. Auson. ep. 32:

Lesbia Pieriis Sappho soror addita Musis
Εἰμ' ἑνάτη Λυρικῶν, Λοκρίδων δεκάτη.

Quo in epigrammate mirum est, quod Minerva casta copulata est cum Venere, id quod aliis etiam locis legitur: (Prop. IV 20, 7)

‚est tibi forma potens, sunt castae Palladis artes.'

(A. L. 704 Petroni)

‚Hesperie iateri redimicula nectit eburno
facta suis manibus, pectore digna suo.
Jam veteres iras Venus et Tritonia ponit:
pectora nam Veneris Palladis ambit opus.'

§ 6. Inimicitias inter Venerem et Minervam antiquitus intercedere iam ex hoc carmine, quod proximum exscripsimus, satis patet. Ac profecto rem ita se habere mirum non est cogitantibus Minervam esse castitatis et sapientiae et artis bellicae deam, quam sectari Cupido non audet. Velut Lucianus Cupidinem a Venere interrogatum, cur etsi omnes alios deos, Jovem, Neptunum, Apollinem atque etiam matrem ipsam superavisset, Minervam unam non temptaret, ita respondentem fingit (deor. dial. 19, 1):

*Λέδια, ὦ μῆτερ, αὐτήν· φοβερὰ γάρ ἐστι καὶ χαροπὴ καὶ δεινῶς ἀνδρική· ὁπόταν γοῦν ἐντεινάμενος τὸ τόξον ἴω ἐπ' αὐτὴν, ἐπισείουσα τὸν λόφον ἐκπλήττει με καὶ ὑπότρομος γίνομαι καὶ ἀπορρεῖ μου τὰ τοξεύματα ἐκ τῶν χειρῶν.**)

Itaque et Venus et Pallas ut amantes homines ad se perducant, operam dant; Venus enim hominibus persuadere studet, ut

*) In eodem deor. dialog. capite etiam Musas a Cupidine non impugnari legimus: *σεμναὶ γάρ εἰσι*, Cupido ratiocinatur (19, 2), *καὶ ἀεί τι φροντίζουσι καὶ περὶ ᾠδὴν ἔχουσι καὶ ἐγὼ παρίσταμαι πολλάκις αὐταῖς κηλούμενος ὑπὸ τοῦ μέλους.* Cum quo loco consentit A. P. IX 39 Musici:

Ἁ Κύπρις Μούσαισι· „Κοράσια, τὰν Ἀφροδίταν
τιμᾶτ', ἢ τὸν Ἔρων ὔμμιν ἐφοπλίσομαι."
Χαὶ Μοῦσαι ποτὶ Κύπριν· „Ἄρει τὰ στωμύλα ταῦτα·
ἡμῖν δ' οὐ πέτεται τοῦτο τὸ παιδάριον."

Ut Minerva, ita Diana quoque venatrix a Cupidine vinci non potest; utraque dea virgo est. Conferas Ovid. met. V 375, ubi Venus apud filium his verbis queritur:

‚Pallada nonne vides iaculatricemque Dianam
abscessisse mihi?'

Rohde, Griech. Roman ², p. 157 adnot. 4.

amori totos se dedant, Pallas autem ut ex animo amorem eiciant. Ut autem utrique inserviant homines, fieri nullo modo potest. Quae sententia in hoc carmine inest:

(A. P. V 292 Pauli Silentiari)

Θεσμιὸν Ἔρως οὐκ οἶδε βιημάχος, οὐδέ τις ἄλλη
ἀνέρα νοσφίζει πρῆξις ἐρωμανίης.
εἰ δέ σε Θεσμοπόλοιο μελιδόνος ἔργον ἐρύκει,
οὐκ ἄρα σοῖς στέρνοις λάβρος ἔνεστιν Ἔρως.
. . . . . .
(11) *Θεσμοὺς Παλλὰς ἔχει, Παφίη πόθον. εἰπέ, τίς ἀνὴρ*
εἰν ἑνὶ Θητεύσει Παλλάδι καὶ Παφίῃ;

Etsi plerisque propositum est Venere repudiata Minervam sequi, tamen paucis ut propositum assequantur contingit, velut huic mulieri pulchrae castitati enixe studenti, quam laudat hoc carmen:

(A. L. 364)

‚Pulcrior et nivei cum sit tibi forma coloris,
cuncta pudicitiae iura tenere cupis.
Mirandum est, quali naturam laude gubernes,
moribus ut Pallas, corpore Cypris eas.
Tu neque coniugii libet excepisse levamen,
saepius exoptas nolle videre mares.
Haec tamen est animo quamvis exosa voluptas:
numquid non mulier, cum paris, esse potes?‘

Sunt etiam, quae si minus omnino amori resistant, at certe lectum negent.

A. P. V 271 Pauli Silentiari:

Μαζοὺς χερσὶν ἔχω, στόματι στόμα, καὶ περὶ δειρὴν
ἄσχετα λυσσώων βόσκομαι ἀργυφέην.
οὔπω δ' Ἀφρογένειαν ὅλην ἔλον· ἀλλ' ἔτι κάμνω
παρθένον ἀμφιέπων λέκτρον ἀναινομένην.
ἥμισυ γὰρ Παφίη, τὸ δ' ἄρ' ἥμισυ δῶκεν Ἀθήνη·
αὐτὰρ ἐγὼ μέσσος τήκομαι ἀμφοτέρων.

Eadem sententia subest his eiusdem Pauli Silentiari versibus:

(A. P. V 245)

Μαλθακὰ μὲν Σαπφοῦς τὰ φιλήματα, μαλθακὰ γυίων
πλέγματα χιονέων, μαλθακὰ πάντα μέλη.

ψυχὴ δ' ἐξ ἀδάμαντος ἀπειθέος· ἄχρι γὰρ οἴων
ἔστιν ἔρως στομάτων, τἄλλα δὲ παρθενίης.
καὶ τίς ὑποτλαίη; τάχα τις, τάχα τοῦτο ταλάσσας
δίψαν Ταντταλέην τλήσεται εὐμαρέως.

Plerumque autem fit, ut Minerva plane vincatur a Venere, id quod iam docet iudicium illud Paridis, quo Venus praecurrit et Minervam et Junonem.

A. P. V 233 Pauli Silentiari:

Ὁ πρὶν ἀμαλθάκτοισιν ὑπὸ φρεσὶν ἡδὺν ἐν ἥβῃ
οἰστροφόρου Παφίης θεσμὸν ἀπειπάμενος,
γυιοβόροις βελέεσσιν ἀνέμβατος ὁ πρὶν Ἐρώτων
αὐχένα σοι κλίνω, Κύπρι, μεσαιπόλιος.
δέξο με καγχαλόωσα, σοφὴν ὅτι Παλλάδα νικᾷς,
νῦν πλέον ἢ τὸ πάρος μήλῳ ἐφ' Ἑσπερίδων.

A. P. XVI 174; Auson. epigr. 42 et 43.

Sero amatorem paenitet non id fecisse quod ratio iussit. Ita fit, ut Minerva postrema superior discedat.

A. P. VI 283 incerti:

Ἡ τὸ πρὶν αὐχήσασα πολυχρύσοις ἐπ' ἐρασταῖς,
ἡ Νέμεσιν δεινὴν οὐχὶ κύσασα θεόν,
μίσθια νῦν σπαθίοις πενιχροῖς πηνίσματα κρούει.
ὀψέ γ' Ἀθηναίη Κύπριν ἐληίσατο.

Denique inimicitiae quae inter Venerem et Minervam intercedunt, notantur vocibus ἐρωμανεῖν et λογίζεσθαι*), velut in hoc carmine Agathiae Scholastici, in quo poeta amatorem puellam suam laudantem deque eius dote loquentem his verbis compellat: (A. P. V 266, 9)

. . . οὐ φιλέεις, ἐψεύσαο· πᾶς δύναται γὰρ
ψυχὴ ἐρωμανέειν ὀρθὰ λογιζομένη;

*) Nominatim stoicorum sapientia Cupidini est infesta; Cupido autem et Zenonem et Cleanthem vincit.

A. P. V 133 Posidippi:

σιγάσθω Ζήνων ὁ σοφὸς κύκνος ἅ τε Κλεάνθους
μοῦσα· μέλοι δ' ἡμῖν ὁ γλυκύπικρος Ἔρως.

Eadem ratione Zenonis et Cleanthis sapientia repudiatur A. P. XI 28.

Similia leguntur A. P. IX 132 incerti:

Σωφροσύνη καὶ Ἔρως κατεναντίον ἀλλήλοισιν
ἐλθόντες. . .

et A. P. V 92 Rufini:

Ὥπλισμαι πρὸς Ἔρωτα περὶ στέρνοισι λογισμόν, ...

Quam sententiam a Graecis mutuati sunt Romani:
Publil. Syr. 22:

‚Amare et sapere vix deo conceditur.'

ibid. 116:

‚cum ames, non sapias aut cum sapias, non ames.'

ibid. 15:

‚Amans quid cupiat scit, quid sapiat non videt.'

§ 7. Varie homines admonentur, ut Cupidinem fugiant, quippe qui in animos semel immissus nihil nisi perturbationem sollicitudinemque hominibus afferat.

A. P. V 123 Philodemi:

φεύγωμεν δυσέρωτες, ἕως βέλος οὐκ ἐπὶ νευρῇ·
μάντις ἐγὼ μεγάλης αὐτίκα πυρκαϊῆς.

A. P. IX 443 Pauli Silentiari:

Μήποτε κοιλήνῃς Παφίῃ νόον . . . .
(5) *Ἐλπίδι μὴ θέλξῃς φρένα μαχλάδι· γυιοβόρον γὰρ*
πῦρ ὑποριπίζει, θυμὸν ἐφελκομένη.

In insequenti carmine Pauli Silentiari oculi, ut qui sint in amore duces,*) appellantur:
(A. P. V 225)

Ὀφθαλμοί, τέο μέχρις ἀφύσσετε νέκταρ Ἐρώτων,
κάλλεος ἀκρήτου ζωροπόται θρασέες;
τῆλε διαθρέξωμεν ὅπῃ σθένος·

Prop. I 1, 33:

‚In me nostra Venus noctes exercet amaras,
et nullo vacuus tempore defit amor.

*) De sententia, oculos esse in amore duces, disseruit Mallet l. l. p. 14; de formosis oculis Hoelzer l. l. p. 23 et 40.

hoc, moneo, vitate malum: . . .
(37) quod si quis monitis tardas adverterit aures,
heu referet quanto verba dolore mea!'

§ 8. Atqui plerique Amori resistentes operam perdunt; potentissimus enim omnium deorum est Amor, cui neque dei neque homines unquam resistere possunt.*) Cuius rei eam esse causam saepe audimus, quod Amor sit penniger hominesque, quippe qui pedibus fugiant, facile consequatur.

A. P. V 58 Archiae:**)

'Φεύγειν δεῖ τὸν Ἔρωτα·' κενὸς πόνος, οὐ γὰρ ἁλίξω
πεζὸς ὑπὸ πτηνοῦ πυκνὰ διωκόμενος.

A. P. V 300 Pauli Silentiari:**)

Εἰ καὶ τηλοτέρω Μερόης τεὸν ἴχνος ἐρείσεις,
πτηνὸς Ἔρως πτηνῷ κεῖσε μένει με φέρει·
εἰ καὶ ἐς ἀντολίην πρὸς ὁμόχροον ἵξεαι Ἠῶ,
πεζὸς ἀμειρήτοις ἔψομαι ἐν σταδίοις.

Prop. III 30, 1:

‚Quo fugis ah demens? nulla est fuga. tu licet usque
ad Tanain fugias: usque sequetur Amor.'

Ovid. met. I 540:

‚qui tamen insequitur pennis adiutus Amoris
ocior est . . .'

Praeterea A. P. XII 111; 113; XVI 251.

§ 9. Saepe iuvenis amore incensus comparatur cum ave ab aucupe visco vel cum pisce a piscatore hamo capto.***) Talibus vinculis fieri non potest ut exsolvatur amator. Qui *τόπος* proficisci videtur a comicis, qui saepe quaestum meretricium cum aucupio vel piscatura comparant. Quod iam vidit Hoelzer (l. l. p. 73), qui exempla ex comoedia sumpta collegit,

*) Huius sententiae exempla iam Mallet l. l. p. 16 attulit, ut nihil habeam, quod addam.

**) Conf. Malletum l. l. p. 51.

***) Anthologiae Palatinae poetas et eroticos scriptores oculum amatae puellae comparasse cum venatore vel cum sagittario iam exemplis confirmavit Mallet l. l. p. 14.

velut Plaut. Asin. 219: ‚aedes nobis area est, auceps sum ego, esca est meretrix . . ., amatores aves.' Retia autem vel plagas iuvenibus non solum a meretricibus sed etiam ab Amore ipso tendi complura exempla ab eodem Hoelzero (l. l. p. 74) allata docent. De puella cum piscatrice comparata accurate disseruit Dieterich, Mus. Rhen. LV 217 sq. = Kl. Schr. 187 (cf. Cichorius, Untersuch. zu Lucilius 180); his verbis quid sentiat complectitur p. 217: ‚Das Bild vom Liebesangeln gehört zu dem festen Bestand der erotischen Poesie von der Komödie an, durch die Elegie bis zum späten Liebesbrief.' Exemplis, quae Hoelzer et Dieterich collegerunt, nonnulla addere liceat:

A. P. V 95 Meleagri:*)

Ἰξὸν ἔχεις τὸ φίλημα, τὰ δ' ὄμματα, Τιμάριον, πῦρ·
ἢν ἐσίδῃς, καίεις· ἢν δὲ θίγῃς, δέδεκας.

A. P. V 230 Macedoni Hypatici:

πάντοθεν ἀγρεύεις τλήμονας ἠιθέους.

A. P. V 99 incerti:

Εἴ μοί τις μέμψαιτο, δαεὶς ὅτι λάτρις Ἔρωτος
φοιτῶ θηρευτὴν ὄμμασιν ἰξὸν ἔχων,
εἰδείη . . . . .

A. P. XII 132 Meleagri:

Οὔ σοι ταῦτ' ἐβόων, ψυχή; „Ναὶ Κύπριν, ἀλάσει,
ὦ δύσερως, ἰξῷ πυκνὰ προσιπταμένη."
οὐκ ἐβόων; εἶλέν σε πάγη. Τί μάτην ἐνὶ δεσμοῖς
σπαίρεις; αὐτὸς Ἔρως τὰ πτερά σου δέδεκεν.

Similia inveniuntur A. P. XII 93, 1–2 et 142, 1–2.

De amatore, quem puella quasi hamo captavit, sunt haec exempla:

A. P. XII 241 Stratonis:**)

Ἄγκιστρον πεπόηκας, ἔχεις ἰχθὺν ἐμέ, τέκνον·
ἕλκε μ' ὅπου βούλει· μὴ τρέχε, μή σε φύγω.

A. P. V 246, 5 Macedoni Hypatici:**)

Κενιρομανὲς δ' ἄγκιστρον ἔφυ στόμα, καί με δακόντα
εὐθὺς ἔχει ῥοδέου χείλεος ἐκκρεμέα.

*) Iam apud Hoelzerum legitur.
**) Iam Dieterich attulit.

Lucret. IV 1122:

„. . vitare, plagas in amoris ne iaciamur,
non ita difficilest quam captum retibus ipsis
exire et validos Veneris perrumpere nodos.‘

Eadem imagine Tibullus si non puellam at Spem deam alloquens utitur II 6, 23:

‚haec (scil. Spes) laqueo volucres, haec captat arundine pisces,
cum tenues hamos abdidit ante cibus.‘

§ 10. Saepe homines amantes amori, quem sibi perniciosum fore cognoverint, summa vi repugnant; plerumque autem frustra repugnant.*)

A. P. V 23 [Meleagri]:

ψυχή μοι προλέγει φεύγειν πόθον Ἡλιοδώρας,
δάκρυα καὶ ζήλους τοὺς πρὶν ἐπισταμένη.
φησὶ μέν· ἀλλὰ φυγεῖν οὔ μοι σθένος· ἡ γὰρ ἀναιδὴς
αὐτὴ καὶ προλέγει καὶ προλέγουσα φιλεῖ.

A. P. V 229, 5 Pauli Silentiari:

ὡς δὲ διαρρῆξαι (scil. *δεσμὰ Λωρίδος*) *σθένος οὐκ*
ἔχον, ἔστενον ἤδη,
οἷά τε χαλκείῃ σφιγκτὸς ἀλυκτοπέδῃ.

Prop. IV 21, 3:

‚crescit enim adsidue spectando cura puellae:
ipse alimenta sibi maxima praebet amor.
omnia sunt temptata mihi, quacunque fugari
possit: at ex omni me premit iste deus.‘

*) At eos ipsos, qui tam vehementer resistunt, Cupido plus vexat quam eos, qui libenter se ei dedunt; crescit enim luctando Cupido.

A. P. V 175 Meleagri:

Δεινὸς Ἔρως, δεινός. τί δὲ τὸ πλέον, ἢν πάλιν εἴπω
καὶ πάλιν οἰμώζων πολλάκι ‘δεινὸς Ἔρως’;
ἦ γὰρ ὁ παῖς τούτοισι γελᾷ καὶ πυκνὰ κακισθεὶς
ἥδεται· ἢν δ’εἴπω λοίδορα, καὶ τρέφεται.

Ovid. amor. I 2, 9:

‚Cedimus an subitum luctando accendimus ignem?‘
(17) acrius invitos multoque ferocius urget
quam qui servitium ferre fatentur, Amor.‘

Tibull. I 8, 7:

‚desine dissimulare: deus crudelius urit
quos videt invitos succubuisse sibi.‘

Ovid. amor. I 6, 35:

‚hunc (scil. Amorem) ego, si cupiam, nusquam dimittere possum:
ante vel a membris dividar ipse meis.'

§ 11. Quae cum ita sint, amatorem sic animo affectum queri legimus, quod Cupido animo insideat neque ut avolet moveri possit; pennis enim nisi ut advolet eum non uti.*)

A. P. V 211 Meleagri:

ὦ πτανοί, μὴ καί ποτ' ἐφίπτασθαι μέν, Ἔρωτες,
οἴδατ', ἀποπτῆναι δ' οὐδ' ὅσον ἰσχύετε;

A. P. V 267 Pauli Silentiari:

Μηκέτι τις πτήξειε πόθου βέλος· ἰοδόκην γὰρ
εἰς ἐμὲ λάβρος Ἔρως ἐξεκένωσεν ὅλην.
μὴ πτερύγων τρομέοι τις ἐπήλυσιν· ἐξότε γάρ μοι
λαὶξ ἐπιβὰς στέρνοις πικρὸν ἔπηξε πόδα,
ἀστεμφής, ἀδόνητος ἐνέζεται, οὐδὲ μετέστη,
εἰς ἐμὲ συζυγίην κειράμενος πτερύγων.

A. P. V 57 Archiae:**)

Νήπι' Ἔρως πορθεῖς με, τὸ κρήγυον· εἰς με κένωσον
πᾶν σὺ βέλος, λοιπὴν μηκέτ' ἀφεὶς γλυφίδα,
ὡς ἂν μοῦνον ἕλοις ἰοῖς ἐμέ, καί τινα χρῄζων
ἄλλον διστεῦσαι μηκέτ' ἔχοις ἀκίδα.

A. P. V 197, 5 Meleagri:

οὐκέτι σοὶ φαρέτρη [γλαφυρὴ] πτερόεντας διστοὺς
κρύπτει, Ἔρως· ἐν ἐμοὶ πάντα γάρ ἐστι βέλη.

Prop. III 12, 13:

‚in me tela manent, manet et puerilis imago:
sed certe pennas perdidit ille suas,
evolat heu nostro quoniam de pectore nusquam,
assiduusque meo sanguine bella gerit.'

Quo cum loco Birt (apud Hoelzerum, l. l. p. 15) confert A. L. 896, 5:

‚Cur ita complicitis alis?' nunquam evolat.'

Alia huius sententiae exempla invenies apud Hoelzerum, l. l. p. 17.

*) Cf. Leo, Plautinische Forschungen p. 137. – Mallet, l. l. p. 17. – Hoelzer, l. l. p. 15 sq.

**) quod epigramma tam simile est illi Pauliano, ut eius vestigia pressisse poetam Byzantinum Mallet (p. 17) colligat.

§ 12. Ita fit, ut amantes homines ab Amore petant, ut se agitare desinat; alios potius vexet, id quod plus laudis ei adferat.*)

A. P. V 178, 9 Meleagri:

ἀλλ' ἴθι, δυσνίκητε, λαβὼν δ' ἐπι κοῦφα πέδιλα
ἐκπέτασον ταχινὰς εἰς ἑτέρους πτέρυγας.

A. P. V 214 Meleagri:

Λίσσομ', Ἔρως, τὸν ἄγρυπνον ἐμοὶ πόθον Ἡλιοδώρας
κοίμισον, αἰδεσθεὶς Μοῦσαν ἐμὰν ἱκέτιν.
ναὶ γὰρ δὴ τὰ σὰ τόξα, τὰ μὴ δεδιδαγμένα βάλλειν
ἄλλον, ἀεὶ δ' ἐπ' ἐμοὶ πτανὰ χέοντα βέλη,
εἰ καὶ ἐμὲ κτείναις, λείψω φωνὴν προϊέντα
γράμματ' · „Ἔρωτος ὅρα, ξεῖνε, μιαιφονίαν."

A. P. V 97 incerti:

Ὁπλίζευ, Κύπρι, τόξα καὶ εἰς σκοπὸν ἥσυχος ἐλθὲ
*ἄλλον · ἐγὼ γὰρ ἔχω τραύματος οὐδὲ τόπον.***)

A. P. V 9 Alcaei:

Ἔχθαίρω τὸν Ἔρωτα · τί γὰρ βαρὺς οὐκ ἐπὶ θῆρας
ὄρνυται, ἀλλ' ἐπ' ἐμὴν ἰοβολεῖν κραδίην;

Prop. III 12, 17:

‚Quid tibi iucundum est siccis habitare medullis?
si pudor est, alio traice tela tua.
Intactos isto satius temptare veneno:
non ego, sed tenuis vapulat umbra mea.'

Ovid. amor. III 11, 27:

‚his et quae taceo duravi saepe ferendis:
quaere alium pro me, qui queat ista pati.'

Ovid. amor. III 11, 1:

‚multa diuque tuli . . . . . .
cede fatigato pectore, turpis amor!'

*) In mentem venit tituli illius precatorii in aedificiis hic illic inscripti: „Ich bitt' dich, heiliger Florian, behüt mein Haus, zünd' andere an!"

**) Leviter est inflexa sententia in A. P. V 223 Macedoni epigrammate, ubi amator, ne diutius pectus fatigatum Cupido vexet, sed in aliam corporis partem tela iaciat, petit:

Λῆξον, Ἔρως, κραδίης τε καὶ ἧπατος · εἰ δ' ἐπιθυμεῖς
βάλλειν, ἄλλο τί μου τῶν μελέων μετάβα.

Praeterea Tibull. II 1, 81; II 4, 6; Ovid. amor. I 2, 50; II 5, 1; II 9, 1; Catull. 63, 91–93;*) Callim. hymn. I 69; II 113; Eurip. Med. 632. (Cf. etiam Mallet, l. l. p. 49.)

Interdum sententia ita est conformata, ut amator amore vexatus animo demisso et humili Cupidinis telis se ipse obiciat Cupidinemque hortetur, ut nisi fatigare desistat statim se interficiat.

A. P. XII 166 Asclepiadis:

Τοῦθ' ὅ τι μοι λοιπὸν ψυχῆς, ὅ τι δή ποτ', Ἔρωτες,
τοῦτό γ' ἔχειν πρὸς θεῶν ἡσυχίην, ἄφετε·
ἢ μὴ δὴ τόξοις ἔτι βάλλετέ μ', ἀλλὰ κεραυνοῖς·
ναὶ πάντως τέφρην θέσθε με κἀνθρακιήν.
Ναί, ναί, βάλλετ', Ἔρωτες· ἐνεσκληκὼς γὰρ ἀνίαις,
ἐξ ὑμέων τοῦτ' οὖν, εἴ γέ τι, βούλομ' ἔχειν.

Cuius epigrammatis versus 5–6 congruunt cum

A. P. XII 45 Posidippi:

ναί, ναί, βάλλετ', Ἔρωτες· ἐγὼ σκοπὸς εἷς ἅμα πολλοῖς
κεῖμαι. Μὴ φείσησθ', ἄφρονες·

Quo cum epigrammate Mallet (p. 52) confert Prop. II 9, 37 sq. et Ovid. amor. II 9, 6.

A. P. V 196 Meleagri:

βαιὸν ἔχω τό γε λειφθέν, Ἔρως, ἐπὶ χείλεσι πνεῦμα·
εἰ δ' ἐθέλεις καὶ τοῦτ', εἰπέ, καὶ ἐκπτύσομαι.

§ 13. Cum iis sententiis, de quibus modo disseruimus, amatores exoptent, ut animos ab amore avellant, alii inveniuntur loci, quibus amatores tanto amore puellae sint capti, ut quidvis, quin etiam mortem se perpeti velle dicant, dummodo iungantur cum amoribus suis.

A. P. V 220 Pauli Silentiari:

. . . . . *κἤν τις ἐρύξῃ*
μαλθακὰ λυσιπόνου πλέγματα συζυγίης,
φάρμακον ἀμφοτέροις ξίφος ἔσσεται· ἦδιον ἡμῖν
ξυνὸν ἀεὶ μεθέπειν ἢ βίον ἢ θάνατον.

A. P. V 227 eiusdem:

ὄμμασιν οἷς Ῥοδόπην οὐ δέρκομαι, οὐδὲ φαεινῆς
φέγγος ἰδεῖν ἐθέλω χρύσεον Ἠριπόλης.

*) Cf. Morawski, Catulliana (Krakau 1903) 14.

A. P. V 247 eiusdem: Poeta cum periculum sit, ne mulier amata amicitiam sibi renuntiet, ab ea petit:

μή, λίτομαι, δέσποινα, τύσην μὴ λάμβανε ποινήν·
μᾶλλον ἐγὼ τλαίην φάσγανον ἀσπασίως.

A. P. V 237 Macedoni Hypatici:

σὺ δ' ἦν ἀπ' ἐμεῖο λάθηαι,
τὶ ξίφος ἡμετέρην δύσεται ἐς λαγόνα.

A. P. V 63 Asclepiadis:

Νεῖφε, χαλαζοβόλει, ποίει σκότος, αἶθε, κεραύνου,
πάντα τὰ πορφύροντ' ἐν χθονὶ σεῖε νέφη.
ἦν γάρ με κτείνῃς, τότε παύσομαι· ἦν δέ μ' ἀφῇς ζῆν,
*καὶ διαθεὶς τούτων χείρονα, κωμάσομαι.**)

Cf. Horat. c. I 22, 21 sqq.

A. P. V 167 incerti:

Καὶ πυρὶ καὶ νιφετῷ με καί, εἰ βούλοιο, κεραυνῷ
βάλλε καὶ εἰς κρημνοὺς ἕλκε καὶ εἰς πελάγη.
τὸν γὰρ ἀπαυθήσαντα πόνοις καὶ Ἔρωτι δαμέντα
οὐδὲ Διὸς τρύχει πῦρ ἐπιβαλλόμενον.

Ne in sepulcralibus quidem carminibus haec sententia deest:

A. P. VII 378 Apollonidis:

ἄμφω δ' ὡς ἅμ' ἔναιον, ὑπὸ πλακὶ τυμβεύονται,
ξυνὸν ἀγαλλόμενοι καὶ τάφον ὡς θάλαμον.

A. P. VII incerti:

σύν τε γυναικὶ Καληποδίῃ τεῦξεν τόδε σῆμα
ὡς ἵνα τὴν στοργὴν κἠν φθιμένοισιν ἔχοι.

Quae sententia etiam apud Romanos frequentissima est. Nonnulla exempla transscribere liceat.

Prop. I 6, 27:

‚multi longinquo periere in amore libenter,
in quorum numero me quoque terra tegat.'

Tibull. III 2, 3:

‚durus et ille fuit, qui tantum ferre dolorem,
vivere et erepta coniuge qui potuit.'

*) Simillimum est illud Simonis Dach: „Käm' alles Wetter gleich auf uns zu schlahn, wir sind gesinnt bei einander zu stahn. Krankheit, Verfolgung, Betrübnis und Pein soll unsrer Liebe Verknotigung sein." (Aennchen von Tharau V. 2.)

Versu 29 eadem sententia in formam tituli sepulcralis redacta legitur:

‚Lygdamus hic situs est: dolor huic et cura Neaerae,
coniugis ereptae, causa perire fuit.'

Tibull. III 3, 35:

‚aut si fata negant reditum tristesque sorores,
stamina quae ducunt quaeque futura neunt,
me vocet in vastos amnes nigramque paludem
dives in ignava luridus Orcus aqua.'

§ 14. Quod Cupido tam superbe in amatores dominatur, mirum non est cogitantibus deum pugnare contra hominem; consentaneum enim est hominem deo parem esse non posse. Quodsi Cupidini, id quod non raro fit, socium se adiungit Venus vel Bacchus, ita ut duo di pugnent contra unum hominem, repugnare stultissimi est. Sed ne dis quidem illis vicisse gloriam affert.

Haec sunt huius sententiae exempla:

(A. P. V 9 Alcaei)

τί πλέον, εἰ θεὸς (scil. Ἔρως) ἄνδρα καταφλέγει; ἢ τί τὸ σεμνὸν
δηώσας ἀπ' ἐμῆς ἆθλον ἔχει κεφαλῆς;

Simillime ratiocinatur Tibull. I 6, 3:

‚quid tibi (scil. Amori) saevitiae mecum est? an gloria magnast
insidias homini composuisse deum?
(30) iussit Amor: contra quis ferat arma deos?'

Iuno ubi Didonem amore insano erga Aeneam captum esse sensit, hoc modo Venerem puerumque eius illudens alloquitur:

(Verg. Aen. IV 93)

‚egregiam vero laudem et spolia ampla refertis
tuque puerque tuus; magnum et memorabile nomen,
una dolo divom si femina victa duorum est.'

Rufinus quidem poeta Cupidini soli obsistere se posse gloriatur, deum autem cum Baccho coniunctum se vincere posse desperat.

(A. P. V 92)

Ὡπλισμαι πρὸς Ἔρωτα περὶ στέρνοισι λογισμόν,
οὐδέ με νικήσει, μοῦνος ἐὼν πρὸς ἕνα.
θνατὸς δ' ἀθανάτῳ συστήσομαι· ἢν δὲ βοηθὸν
Βάκχον ἔχῃ, τί μόνος πρὸς δύ'*) ἐγὼ δύναμαι;

A. P. V 111 Philodemi:

Ἡράσθην· τίς δ' οὐχί; κεκώμακα· τίς δ' ἀμύητος
κώμων; ἀλλ' ἐμάνην· ἐκ τίνος; οὐχὶ θεοῦ;

subauditur: deo autem obsistere nefas est.

§ 15. Cupidini etiam deos, imprimis Jovem ipsum, deorum atque hominum rectorem, subiectos esse, omnium est opinio iterumque ac saepius legitur in litteris et Graecorum et Romanorum.**) Quam deorum cladem homines amori indulgentes ita in suam rem convertunt, ut ipsi quoque Cupidinem a se vinci posse desperent, nisi vero fortiores se dis esse putent; quin etiam multi ut amori se dedant, deorum exemplo incitantur.***)

Quem *τόπον* frequentatum iam apud Euripidem plus quam semel legimus; velut Helena adultera, ut Menelao coniugi se purget, his verbis in deos culpam transfert:

(Troad. 946)

τί δῆτ' φρονοῦσ' ἐκ δόμων ἅμ' ἐσπόμην
ξένῳ προδοῦσα πατρίδα καὶ δόμους ἐμούς;
τὴν θεὸν κόλαζε καὶ Διὸς κρείσσων γενοῦ,
ὃς τῶν μὲν ἄλλων δαιμόνων ἔχει κράτος,
κείνης δὲ δοῦλός ἐστι· συγγνώμη δ' ἐμοί.

*) Duobus adversariis ne Herculem quidem obsistere posse proverbii loco dicitur, id quod monet Jacobs Libanio auctore usus (I 101, 18): *δυοῖν γὰρ ἕνα οὐκ εἶναι κρατεῖν οὐδὲ τὸν Ἡρακλέα.* De quo proverbio nuper disseruit von Prittwitz-Gaffron, Das Sprichwort im griech. Epigramm. Giessen 1912 p. 48.

**) De hac sententia egit Hoelzer l. l. p. 8 sq.

***) Nonnulla huius loci communis exempla iam collegerunt Mallet l. l. p. 27 et Hoelzer l. l. p. 52.

Nutrix Phaedrae ne amori Hippolyti diutius obsistat persuasura ita monet:

(Hippol. 473)

ἀλλ', ὦ φίλη παῖ, λῆγε μὲν κακῶν φρενῶν,
λῆξον δ' ὑβρίζουσ' · οὐ γὰρ ἄλλο πλὴν ὕβρις
τάδ' ἐστί, κρείσσω δαιμόνων εἶναι θέλειν ·
τόλμα δ' ἐρῶσα · θεὸς ἐβουλήθη τάδε.

Hippol. 451 sq. – Jon. 449 sq. – Bacch. 29.

Exempla a comoedia petita nonnulla attulit Hoelzer p. 52.

Ne Plato quidem huius sententiae est ignarus (de rep. II p. 378): . . . . ἀλλὰ δρᾷη ἂν ὅπερ θεῶν οἱ πρῶτοί τε καὶ μέγιστοι.

Iam transeo ad ipsa epigrammata amatoria.

A. P. V 99 incerti:

Εἴ μοί τις μέμψαιτο, δαεὶς ὅτι λάτρις Ἔρωτος
φοιτῶ θηρευτὴν ὄμμασιν ἰξὸν ἔχων,
εἰδείη καὶ Ζῆνα καὶ Ἅιδα τόν τε θαλάσσης
σκηπτοῦχον μαλερῶν δοῦλον ἐόντα Πόθων.
εἰ δὲ θεοὶ τοιοίδε, θεοῖς δ' ἐνέπουσιν ἕπεσθαι
ἀνθρώπους, τί θεῶν ἔργα μαθὼν ἀδικῶ;

A. P. V 63 Asclepiadis:*)

Νεῖφε, χαλαζοβόλει, ποίει σκότος, αἶθε, κεραύνου,
πάντα τὰ πορφύροντ' ἐν χθονὶ σεῖε νέφη.
ἢν γάρ με κτείνῃς, τότε παύσομαι · ἢν δέ μ' ἀφῇς ζῆν,
καὶ διαθεὶς τούτων χείρονα, κωμάσομαι.
ἔλκει γάρ μ' ὁ κρατῶν καὶ σοῦ θεός, ᾧ ποτε πεισθείς,
Ζεῦ, διὰ χαλκείων χρυσὸς ἔδυς θαλάμων.

A. P. V 166, 6 eiusdem:

Ζεῦ φίλε, σίγησον, καὐτὸς ἐρᾶν ἔμαθες.

Qui locus animo obversatus esse videtur Theocriti hos versus scribentis:

(VIII 59) . . . . . ὦ πάτερ ὦ Ζεῦ,
οὐ μόνος ἠράσθην · καὶ τὺ γυναικοφίλας.

*) iam Hoelzer l. l. attulit.

Hos autem Theocriti versus Callimachi epigrammate (A. P. XII 230 [= Wilam. 52]) nutu vel potius digito significatos esse, Fritzsche (ad Theocr. VIII 56 h) contendit. Sunt enim hi versus Callimachi:

ναιχὶ πρὸς εὐχαίτεω Ἰανυμήδεος οὐράνιε Ζεῦ·
καὶ σύ ποτ' ἠράσθης — οὐκέτι μακρὰ λέγω.

A. P. XII 117 Meleagri:

ἐρρίφθω σοφίας ὁ πολὺς πόνος· ἓν μόνον οἶδα
τοῦθ' ὅτι καὶ Ζηνὸς λῆμα καθεῖλεν Ἔρως.

A. P. XII 101, 6 eiusdem:*)

καὐτὸν ἀπ' Οὐλύμπου Ζῆνα καθεῖλεν Ἔρως.

A Graecis Romanos mutuatos esse hi loci docent:

A. L. 144:

‚Mentitus taurum Europam Juppiter aufert,
virgineos ardens pandere fraude sinus.
Humani tandem venia donentur amores,
si tibi, summe deum, dulcia furta placent.'

Ovid. art. am. II 239:

‚Cynthius Admeti vaccas pavisse Pheraei
fertur et in parva delituisse casa:
quod Phoebum decuit, quem non decet? exue fastus,
curam mansuri quisquis amoris habes!'

Prop. III 30, 27:

‚illic adspicies (scil. Cynthia) scopulis haerere sorores
et canere antiqui dulcia furta Jovis,
ut Semela est combustus, ut est deperditus Io,
denique ut ad Troiae tecta volarit avis.**)
quod si nemo extat qui vicerit alitis arma,
communis culpae cur reus unus agor?'

Ovid. art. am. III 83:

‚Latmius Endymion non est tibi, Luna, rubori,
nec Cephalus roseae praeda pudenda deae;

*) iam Hoelzer l. l. attulit.
**) ut Ganymedem raperet.

ut Veneri, quem luget adhuc, donetur Adonis,
unde habet Aenean Harmoniamque suos?
Ite per exemplum, genus o mortale, dearum
gaudia nec cupidis vestra negate viris!'

Tibull. II 3, 29:

‚felices olim, Veneri cum fertur aperte
servire aeternos non puduisse deos.
Fabula nunc ille*) est: sed cui sua cura puellast,
fabula sit mavult quam sine amore deus.'

Etiam heroum amores commemorantur, ut hominum excusationem habeant.

Ovid. amor. II 8, 13:

‚Nec sum ego Tantalide maior, nec maior Achille;
quod decuit reges, cur mihi turpe putem?'

Prop. II 8, 39 (agitur de eodem Achille deque eius erga Briseida amore):

‚inferior multo cum sim vel matre vel armis,
mirum, si de me iure triumphat Amor?'

Ovid. art. am. II 221:

‚paruit imperio dominae Tirynthius heros (scil. Hercules):
i nunc et dubita ferre, quod ille tulit!'

§ 16. Amorem hominibus graves dolores commovere atque etiam in summum discrimen eos deducere vel variis epithetis Cupidini inditis significatur; appellatur enim *Ἔρως γλυκύπικρος* (A. P. V 133, 4), *δεινός* (ibid. V 175), *θρασύς* (ibid. V 24, 5), *σχέτλιος* (ibid. V 56), *βαρὺς θεός* (Theocr. III 15). Similis est de Cupidine existimatio his locis:

(Theocr. XXIII 19)

Ἄγριε παῖ καὶ στυγνέ, κακᾶς ἀνάθρεμμα λεαίνας,
λάϊνε παῖ καὶ ἔρωτος ἀνάξιε, . . .

(A. P. V 176, 7 Meleagri)

πάντῃ γὰρ καὶ πᾶσιν ἀπέχθεται (Ἔρως).

*) Apollo Admeti tauros pascens.

(A. P. V 308 Diophanis)

Φηλήτης ὁ Ἔρως καλοῖτ' ἂν ὄντως·
ἀγρυπνεῖ, θρασύς ἐστιν, ἐκδιδύσκει.

Apud Romanos saepissime ‚saevus' notatur Cupido.

§ 17. Sed etiam disertis verbis amatores varie queruntur, quod Cupido se vexet atque etiam absumat. Cuius querellae praecipuae conformationes afferantur exemplisque comprobentur!

a) Cupido perdit amatores.

A. P. V 65 Rufini: (amator alloquitur puellam)

„Σῶσον" ἔφην „ἄνθρωπον ἀπολλύμενον παρὰ μικρόν,
καὶ φεῦγον ζωῆς πνεῦμα σύ μοι χάρισαι".

A. L. (Meyer) 989, 24:

‚Saeva non cernis, quod ego langueo?
Sic me destituis iam semimortuum?'

Amori adiuncta sunt *οἶνος* et *λοετρά*

A. P. X 112 (incerti):

Οἶνος καὶ τὰ λοετρὰ καὶ ἡ περὶ Κύπριν ἐρωὴ
*ὀξυτέρην πέμπει τὴν ὁδὸν εἰς Ἀίδην.**)

quod distichon iam Buecheler vidit imitatione expressum esse hoc titulo sepulcrali:

(Bch. 1499)

‚Balnea vina Venus corrumpunt corpora nostra,
sed vitam faciunt balnea vina Venus.' **)

b) Comparatur amor cum igni, quo amatores carpuntur; plus enim quam semel illi queruntur, quod amoris aestu et febri iactentur aut etiam absumantur.

A. P. V 110 Antiphili:

Εἶπον ἐγὼ καὶ πρόσθεν, ὅτ' ἦν ἔτι φίλτρα Τερείνης
νήπια· „συμφλέξει πάντας ἀεξομένη".
οἱ δ' ἐγέλων τὸν μάντιν· ἴδ', ὁ χρόνος, ὃν ποτ' ἐφώνουν,
οὗτος· ἐγὼ δὲ πάλαι τραύματος ἤσθανόμην.
καὶ τί πάθω; λείσσειν μὲν ὅλαι φλόγες· . .

*) Jacobs adnotat Plutarch. T. II p. 128 D: *ἀφροδίσια καὶ ὄψα καὶ βαλανεῖα καὶ οἶνος μιγνύμενα — φλέγμα καὶ χολὴν κινεῖ.*

**) Cf. Lier, Philolog. vol. LXIII (N. F. XVII) p. 59.

A. P. V 138 Meleagri:

ποῖ σε φύγω; πάντῃ με περιστείχουσιν Ἔρωτες,
οὐδ' ὅσον ἀμπνεῦσαι βαιὸν ἐῶσι χρόνον.
. . . . . πυρὶ φλέγομαι.

Cf. A. P. V 86, 6; V 123, 6; V 238, 1–2; XII 89.

A. P. V 209 Asclepiadis:

Τῷ θαλλῷ Διδύμῃ με συνήρπασεν· ὤμοι, ἐγὼ δὲ
τήκομαι, ὡς κηρὸς πὰρ πυρί, κάλλος ὁρῶν.

Vox *τήκομαι* eadem sententia usurpata est A. P. V 271, 6; V 258, 7–8; V 259, 1 aliisque locis.

Tibull. I 2, 97:

‚at mihi parce, Venus: semper tibi dedita servit
mens mea: quid messes uris acerba tuas?'

Tibull. I 8, 7:

‚desine dissimulare: deus crudelius urit
quos videt invitos succubuisse sibi.'

Ovid. amor. III 1, 20: „. . . . quem ferus urit Amor.'

c) Cupidinem arcu sagittisque esse instructum, quibus armis hominibus amantibus vulnera infligat animosque inflammet, quis est quin sciat? Quae opinio tam usitata est et pertrita, ut ex multis exemplis haec pauca transscribere satis sit:

(A. P. V 86 Rufini)

Ἀρνεῖται τὸν ἔρωτα Μελισσιάς, ἀλλὰ τὸ σῶμα
κέκραγεν, ὡς βελέων δεξάμενον φαρέτρην,
καὶ βάσις ἀστατέουσα καὶ ἄστατος ἄσθματος ὁρμή,
καὶ κοῖλαι βλεφάρων ἰοτυπεῖς βάσιες.

(A. P. V 187 [Leonidae]*)

. . . . . βέβλημαι δ' ἐκ δολίου κέραος
καὶ πᾶς τεφροῦμαι· θερμὸν δ' ἐπὶ θερμῷ ἰάλλει
ἄτρακτον, λωφᾷ δ' οὐδ' ὅσον ἰοβολῶν.

(A. P. V 197, 5 Meleagri)

οὐκέτι σοὶ φαρέτρη [γλαφυρὴ] πτερόεντας ὀιστοὺς
κρύπτει, Ἔρως· ἐν ἐμοὶ πάντα γάρ ἐστι βέλη.

*) Cf. Reitzenstein, Pauly-Wissowa R.-E. s. v. Epigramm, p. 88.

(Tibull. II 6, 15)

‚acer Amor, fractas utinam tua tela sagittas,
si licet, extinctas adspiciamque faces!'

A. P. XII 89; Horat. c. II 8 15.

d) Non solum interdiu Cupido vexat homines, sed etiam noctu, ut somnum amatores capere non possint.*)

A. P. V 118 Crinagorae:

Κἦν ῥίψῃς ἐπὶ λαιὰ καὶ ἦν ἐπὶ δεξιὰ ῥίψῃς,
Κριναγόρη, κενεοῦ σαυτὸν ὕπερθε λέχευς,
εἰ μή σοι χαρίεσσα παρακλίνοιτο Γέμελλα,
γνώσῃ κοιμηθεὶς οὐχ ὕπνον, ἀλλὰ κόπον.

A. P. V 211, 3 Meleagri:

οὐδ' ἡ νύξ, οὐ φέγγος ἐκοίμισεν . . .

Prop. I 1, 33:

‚in me nostra Venus noctes exercet amaras,
et nullo vacuus tempore defit amor.'

Multa alia collegerunt Hoelzer l. l. p. 48 et Rohde, Der griech. Roman [2], p. 168 adnot. 3.

e) Quin etiam tanti esse ducuntur dolores amantium, ut miseriae Tantali apud inferos graves poenas luentis illis minores esse videantur.

A. P. V 235 Pauli Silentiari:

Ναὶ τάχα Ταντα̃λῆος Ἀχερόντια πήματα ποινῆς
ἡμετέρων ἀχέων ἐστὶν ἐλαφρότερα.
οὐ γὰρ ἰδὼν σέο κάλλος ἀπείργετο χείλεα μῖξαι
χείλεϊ σῷ, ῥοδέων ἁβροτέρῳ καλύκων,
Τάνταλος ἀκριτόδακρυς· ὑπερτέλλοντα δὲ πέτρον
δείδιεν, ἀλλὰ θανεῖν δεύτερον οὐ δύναται.
αὐτὰρ ἐγὼ ζωὸς μὲν ἐὼν κατατήκομαι οἴστρῳ,
ἐκ δ' ὀλιγοδρανίης καὶ μόρον ἐγγὺς ἔχω.

*) Amorem amatori somnum adimere tam consentaneum est, ut mulier, si quando amatorem somnus complectitur, illi animum durum exprobret; nam *εὕδειν τοῖς φιλέουσι οὐ θέμις.*

A. P. V 119 Philodemi:

τοὔνεκ' ἐν ἀπρήκτοισι καθήμεθα, κοὐχὶ τελεῦντες
εὕδομεν, ὡς εὕδειν τοῖς φιλέουσι θέμις;

quo cum loco Jacobs confert Propert. II 15, 7:

‚Illa meos somno lapsos patefecit ocellos
ore suo, et dixit: siccine, lente, iaces?'

A. P. V 245, 5 eiusdem:

καὶ τίς ὑποτλαίη; τάχα τις, τάχα τοῦτο ταλάσσας
δίψαν Ταντάλεην τλήσεται εὐμαρέως.

§ 18. Cupidinem etiam dis superiorem esse iam supra p. 26 vidimus. Itaque poeta quidam eum de Iove ceterisque dis triumphum agentem facit. Lactantius quidem, id quod ille nescio qui poeta finxit, servavit (instit. div. I, 11, 1): ‚Non insulse quidam poeta Triumphum Cupidinis scripsit: quo in libro non modo potentissimum deorum Cupidinem, sed etiam victorem facit. Enumeratis enim amoribus singulorum, quibus in potestatem Cupidinis dicionemque venissent, instruit pompam, in qua Juppiter cum ceteris dis ante currum triumphantis ducitur catenatus.‘ Rohde, cui hunc Lactanti locum debeo, quis ille poeta fuerit secum reputans, haec coniecit (Roman ² 115, 1): ‚Es soll natürlich nicht mehr als eine ganz leichte Vermutung sein, dass in hellenistischer Zeit ein griechischer Dichter diesen übermütigen Gedanken ausgeführt haben könne. Die Vorstellung eines glänzenden Triumphzuges konnte den Griechen damaliger Zeit aus zahlreichen eben damals üblichen ähnlichen Schaustellungen siegreicher Könige vertraut genug sein.‘ Rohde disertis verbis quid sentiat cautissime coniecturam tenuissimam dicit. Sed quoquo modo se illud habet, alia sententia cum illa Lactantiana arte cohaerens non a Graecis originem duxisse, sed apud Romanos ipsos videtur orta esse: sententiam dico, qua amor comparatur cum militia Cupidinis.*) Quae sententia, etsi apud Graecorum poetas non occurrit, apud Romanos adeo est frequentata, ut in loci communis consuetudinem venerit. An miraris, quod Romani, gens illa bellicosissima rebusque militaribus deditissima, pugnas, victorias, castra aliasque eius modi res in amorem transtulerunt amantesque homines milites Cupidinis duxerunt? Haec sint exempla:

(Ovid. am. I 9, 1)

‚Militat omnis amans, et habet sua castra Cupido:
Attice, crede mihi, militat omnis amans.‘

*) Christiani hanc sententiam in suum usum ita contulerunt, ut eos, qui fidem christianam confitebantur, milites Christi appellarent; de qua militia Christi conferas Perdrizet in Arch. f. Relig. XIV 101 et Cumont, Mithras I 317.

(Ovid. art. am. II 233)

‚Militiae species amor est: discedite, segnes!
Non sunt haec timidis signa tuenda viris;
Nox et hiems longaeque viae saevique dolores
mollibus his castris et labor omnis inest;
Saepe feres imbrem caelesti nube solutum
frigidus et nuda saepe iacebis humo.‘

(Prop. V 1, 135) Astrologus poetam carmini heroico operam daturum ad molles elegos reducit his verbis:

‚at tu finge elegos, fallax opus, (haec tua castra)
scribat ut exemplo cetera turba tuo.
militiam Veneris blandis patiere sub armis
et Veneris pueris utilis hostis eris.
Nam tibi victrices, quascunque labore parasti,
eludet palmas una puella tuas.‘

Similia leguntur Ovid. am. I 2, 29–37; II 9, 3–4; Tibull. I 3, 64; 82; Prop. I 1, 4; III 12, 16; I 6, 29; Ovid. art. am. II 674; Tibull. I 1, 75.

§ 19. Amantium sollicitudines et inter spem metumque fluctuatio cum maris aestu comparari solent, id quod Hoelzer l. l. p. 49 exemplis confirmavit.*) Quae imago ex eo videtur orta esse, quod Ἀφροδίτη non solum amoris dea putatur, sed etiam moderatrix fluctuum maris, ex cuius spuma emersisse fertur. Itaque ποντία vel εὔπλοια vel γαληναία Ἀφροδίτη appellatur eique non modo ab amantibus, sed etiam a nautis in periculis versantibus supplicatur et sacrificatur.

A. P. IX 143 Antipatris:

Λιτός τοι δόμος οὗτος (ἐπεὶ παρα κύματι πηγῷ
ἵδρυμαι νοτερῆς δεσπότις ἠϊόνος),
ἀλλὰ φίλος· πόντῳ γὰρ ἐπὶ πλατὺ δειμαίνοντι
χαίρω, καὶ ναίταις εἰς ἐμὲ σωζομένοις.
Ἱλάσκευ τὴν Κύπριν· ἐγὼ δέ σοι ἢ ἐν ἐρωτι
οὔριος, ἢ χαροπῷ πνείσομαι ἐν πελάγει.

*) Haec addere liceat:

(A. P. V 234 Macedoni Hypatici)

καὶ τρομέω, κραδίη δὲ βυθῷ πελεμίζεται οἴστρῳ,
ψυχῆς πνιγομένης κύματι κυπριδίῳ.

Eadem imago subest voci ἐρωτοπλοεῖν in A. P. V 155.

A. P. V 16 Gaetulici:

οὔριος ἀλλ' ἐπίλαμψον ἐμῷ καὶ ἔρωτι καὶ ἑστῷ,
δέσποτι καὶ Θαλάμων, Κύπρι, καὶ ἠϊόνων.

Conf. etiam A. P. IX 144 et X 21.

Amor, quippe cuius symbolum sit ignis, maxime est contrarius mari. Itaque interdum admirationem poetis movet, quod Ἀφροδίτη et aquae et ignis est domina ac regina.

P. A. V 175 Meleagri:

Θαῦμα δέ μοι, πῶς ἆρα διὰ γλαυκοῖο φανεῖσα
κύματος ἐξ ὑγροῦ, Κύπρι, σὺ πῦρ τέτοκας.

A. P. IX 420 Antipatris:

Μὴ κλαίων τὸν Ἔρωτα δόκει, Τηλέμβροτε, πείσειν,
μηδ' ὀλίγῳ παύσειν ὕδατι πῦρ ἀπνεές.
. . . . . *ἐσβέσθη δὲ*
οὐδὲ τότ' ἐν πολλῷ τικτόμενος πελάγει.

Quae cum ita sint, facile intellegitur hominem mari amoris iactatum componi cum naufrago Veneremque implorari ut deam hominum terra marique naufragorum.

A. P. V 10 incerti:

Εἰ τοὺς ἐν πελάγει σώζεις, Κύπρι, κἀμὲ τὸν ἐν γῇ
ναναγόν, φιλίη, σῶσον ἀπολλύμενον.

A. P. V 208 Posidippi aut Asclepiadis:

Σήν, Παφίη Κυθέρεια, παρ' ἠϊόν' εἶδε Κλέανδρος
Νικοῦν ἐν χαροποῖς κύμασι νηχομένην.
καιόμενος δ' ὑπ' Ἔρωτος ἐνὶ φρεσὶν ἄνθρακας ὠνὴρ
ξηροὺς ἐκ νοτερῆς παιδὸς ἐπεσπάσατο.
χὠ μὲν ἐναυάγει γαίης ἔπι· τὴν δὲ Θαλάσσης
ψαύουσαν πρηεῖς εἶχοσαν αἰγιαλοί.
νῦν δ' ἴσος ἀμφοτέροις φιλίης πόθος· οὐκ ἀτελεῖς γὰρ
εὐχαί, τὰς κείνης εὔξατ' ἐπ' ἠϊόνος.

A. P. V 234 Macedoni Hypatici:

καὶ τρομέω, κραδίη δὲ βυθῷ πελεμίζεται οἴστρῳ,
ψυχῆς πνιγομένης κύματι κυπριδίῳ.
ἀλλ' ἐμὲ τὸν ναυηγὸν ἐπ' ἠπείροιο φανέντα
σῶε, τεῶν λιμένων ἔνδοθι δεξαμένη.

A. P. X 21. – Catull. LXVIII 3.

§ 20. Quod amore dolores amantibus commoventur, non est mirum eaque ipsa re verus amor cognosci solet. Quae opinio etiam hodie valet; hoc enim simili sententia est nostratibus in proverbio: „Was sich neckt, das liebt sich.“ Quid, quod rixis, quae sunt inter amantes, et iurgiis amor augeri putatur?

Menandri frg. 797 (Kock):

ὀργὴ φιλούντων ὀλίγον ἰσχύει χρόνον.

A. P. V 255 Pauli Silentiari:

„Ὕβρις ἔρωτας ἔλυσε.“ μάτην ὅδε μῦθος ἀλᾶται·
ὕβρις ἐμὴν ἐρέθει μᾶλλον ἐρωμανίην.

Terent. Andr. 555:

‚Amantium irae amoris integratiost.‘

Catull. LXXIII 7:

. . . . ‚Quod amantem iniuria talis
cogit amare magis.‘

A. L. 76:

‚Iurgia conflat amor, ut blandius urat amantes:
ad tumulum fidei iurgia conflat amor.‘

Itaque poetae elegiaci iuvenibus puellisque aperte praecipiunt, ut ipsi iurgia nectant: puella amatorem deludat, amator autem quamvis sit inflammatus amorem puellae dissimulet.

Ovid. am. II 19, 33:

‚Si qua volet regnare diu, deludat amantem!‘

Ovid. am. I 8, 95:

‚ne securus amet nullo rivale, caveto:
non bene, si tollas proelia, durat amor.‘

Prop. II 25, 29:

‚tu tamen interea, quamvis te diligat illa,
in tacito cohibe gaudia clausa sinu:
namque in amore suo semper sua maxima cuique
nescio quo pacto verba nocere solent.‘

Tibull. IV 12, 5:

‚hesterna quam te solum quod nocte reliqui,
ardorem cupiens dissimulare meum.‘

Prop. II 14, 19:

‚hoc sensi prodesse magis: contemnite amantes:
sic hodie veniet, si qua negavit heri.‘

Prop. IV 5, 29:

. . . . . ‚utere causis:
maior dilata nocte recurret amor.‘

Similiter Terent. Eunuch. 812:

. . . . . ‚novi ingenium mulierum:
Nolunt ubi velis; ubi nolis cupiunt ultro.‘ . .

Ne in puerilis quidem Musae carminibus haec sententia deest. A. P. XII 203 Stratonis:

Οὐκ ἐθέλοντα φιλεῖς με, φιλῶ δ' ἐγὼ οὐκ ἐθέλοντα·
εὔκολος ἦν φεύγω, δύσκολος ἦν ἐπάγω.

Conferas supra p. 20 adnot.

Sed plerumque amantibus et puellis et iuvenibus his praeceptis omnino opus non est; sua enim sponte inter se vexant, quoniam amor et odium, quamvis contraria esse videantur, simul hominum animos tenere solent.

Catull. LXXXV:

‚Odi et amo . quare id faciam, fortasse requiris.
Nescio, sed fieri sentio et excrucior.‘

Cuius epigrammatis praeclari sententias pluribus rhetorice exposuit et in elegiae formam redegit Ovidius in amor. III 11.*) Hos versus transscribere liceat:

(33) ‚Luctantur pectusque leve in contraria tendunt
hac amor hac odium, sed, puto, vincit amor.
Odero, si potero; si non, invitus amabo:
nec iuga taurus amat; quae tamen odit, habet.‘

Catull. XCII:

‚Lesbia mi dicit semper male nec tacet unquam
de me: Lesbia me dispeream nisi amat.
Quo signo? quia sunt todidem mea: deprecor illam
assidue, verum dispeream nisi amo.‘

*) Conf. Jacoby, Mus. Rh. LX 86, ubi plura de hac sententia eiusque origine invenies.

Catull. LXXXIII 3:

‚Mule, nihil sentis. si nostri oblita taceret,
sana esset: nunc quod gannit et obloquitur,
non solum meminit, sed, quae multo acrior est res,
irata est, hoc est, uritur et coquitur.'

A. P. XI 252 Nicarchi:

Εἴ με φιλεῖς, μισεῖς με· καὶ εἰ μισεῖς, σὺ φιλεῖς με·
εἰ δέ με μὴ μισεῖς, φίλτατε, μή με φίλει.

A. P. XII 172 Eveni:

Εἰ μισεῖν πόνος ἐστί, φιλεῖν πόνος, ἐκ δύο λυγρῶν
αἱροῦμαι χρηστῆς ἕλκος ἔχειν ὀδύνης.

A. P. V 23; 106; XII 103; 126, 6.

§ 21. Aegritudinum, quibus amantes conficiuntur, ea est saepissime causa, quod alterius amor ab altero non redditur. Qua re non semel amantes a Cupidine petere legimus, ut aut utrumque amoris flammis urat aut ex alterius quoque animo amorem restinguat. De hoc *τόπῳ* Fridericus Leo in libro suo „Plautinische Forschungen" p. 130 his verbis disputavit: „Der Wunsch Tib. IV 5, 13 *vel serviat aeque vinctus uterque tibi vel mea vincla leva* kehrt mit derselben Alternative wieder Ter. Eun. 91 *utinam esset mihi pars aequa amoris tecum ac pariter fieret, ut aut hoc tibi doleret itidem ut mihi dolet aut ego istuc abs te factum nihili penderem,* d. h. bei Menander; die Stelle war berühmt und klingt in der Elegie vielfach nach (Catull. 76, 23, Tib. I 2, 63, Ovid. met. XIV 24, Rufinus A. P. V 88, auch bei Aristaenetus (I 16 *ὡς ταύτην, Ἔρως, βέβληκας τὴν ψυχήν, οὕτως ἴσῃ βολῇ τὴν ἐμὴν κατατόξευσον ἐρωμένην*)." Haec Leo. Ex numero exemplorum, quae vir ille doctissimus collegit, illud Rufini epigramma transscribo:

(A. P. V 87 [ed. Stadtm.])

Εἰ δυσὶν οὐκ ἴσχυσας ἴσην φλόγα, πυρφόρε, καῦσαι,
τὴν ἑνὶ καιομένην ἢ σβέσον ἢ μετάθες.

Jacobs adscripsit: Imitatus est Auson. ep. 80:

‚Aut restingue ignem, quo torreor, alma Dione,
aut transire iube: vel face utrumque parem.'

Haec alia huius loci communis exempla mihi enotuerunt:

(A. P. V 67 Lucilli alii Polemonis)

Ἢ τὸ φιλεῖν περίγραψον, Ἔρως, ὅλον ἢ τὸ φιλεῖσθαι
πρόσθες, ἵν' ἢ λύσῃς τὸν πόθον ἢ κεράσῃς.

(A. P. V 96 Rufini)

Εἰ μὲν ἐπ' ἀμφοτέροισιν, Ἔρως, ἴσα τόξα τιταίνεις,
εἷς θεός· εἰ δὲ ῥέπεις πρὸς μέρος, οὐ θεὸς εἷς.

(A. P. V 168, 3 Asclepiadis)

ἥδιον δ', ὁπόταν κρύψῃ μία τοὺς φιλέοντας
χλαῖνα, καὶ αἰνῆται Κύπρις ὑπ' ἀμφοτέρων.

(Auson. epigr. 76)

‚Hoc quod amare vocant, misce, aut dissolve, Cupido.
Aut neutrum flammis ure, vel ure duos.'

(A. L. 24)

‚Dic quid agis, formosa Venus, si nescis amanti
ferre vicem? perit omne decus, dum deperit aetas.
(5) Haec metuas exempla precor et semper amanti
redde vicem, quia semper amat, qui semper amatur.'

(A. L. 78)

‚Mens, ubi amaris, ama. rarum est agnoscere amicos,
rarum invenire [est]. mens, ubi amaris, ama.'

(Ovid. amor. II 10, 29)

‚Felix, quem Veneris certamina mutua perdunt!'

(Quintil. declam. 14, 9) ‚Amatoris unum remedium est: amari.'

§ 22. Amatores id fere ultimum spectant, ut puellae amatae pulchritudine fruantur corporisque voluptates expleant; sed quo plus puella voluptatis amatori praebet, eo magis augetur illius *ἐρωμανία*, ut in dies plus optet. Talem hominem insatiabili voluptatum cupiditate accensum ostendit Paulus Silentiarius in A. P. 271:

Μαζοὺς χερσὶν ἔχω, στόματι στόμα, καὶ περὶ δειρὴν
ἄσχετα λυσσώων βόσκομαι ἀργυφέην.
οὕπω δ' Ἀφρογένειαν ὅλην ἔλον· ἀλλ' ἔτι κάμνω
παρθένον ἀμφιέπων λέκτρον ἀναινομένην.

et in A. P. V 290:

Εἰ μὲν ἐμοί, χαρίεσσα, τεῶν τάδε σύμβολα μαζῶν
ὤπασας, ὀλβίζω τὴν χάριν ὡς μεγάλην·
εἰ δ' ἐπὶ τοῖς μίμνεις, ἀδικεῖς, ὅτι λάβρον ἀνῆψας
πυρσόν, ἀποσβέσσαι τοῦτον ἀναινομένη.

Ubi autem primum omnia optata amatori ita contigerunt, ut ei ne concubitum quidem puella negaret, cupiditates celeriter satiatae defervescunt amorque languescit. Rufinus quidem ut expertus hoc docet in

A. P. V 46:

Πολλάκις ἠρασάμην σε λαβὰν ἐν νυκτί, Θάλεια,
πληρῶσαι Θαλερῇ θυμὸν ἐρωμανίῃ.
νῦν δ', ὅτε [μοι] γυμνὴ γλυκεροῖς μελέεσσι πέπλησαι,
ἔκλυτος ὑπναλέῳ γυῖα κέκμηκα κόπῳ.

et in A. P. V 76:

Εἰ τοίην χάριν εἶχε γυνὴ μετὰ Κύπριδος εὐνήν,
οὐκ ἄν τοι χρονέεσκεν ἀνὴρ ἀλόχοισιν ὁμιλῶν.
πᾶσαι γὰρ μετὰ Κύπριν ἀτερπέες εἰσὶ γυναῖκες.

Itaque ii, qui voluptatibus venereis sunt delectati, appetitum multo iucundiorem esse voluptatum magisque titillare sensus quam ipsas voluptates iudicant. Cuius sententiae haec sunt exempla:

A. P. IX 620 Pauli Silentiari:

Ἄγχι μὲν ἐλπὶς ἐρωτος· ἐλεῖν δ' οὐκ ἔστι γυναῖκας·
εἶρξε πυλὶς Παφίην τὴν μεγάλην ὀλίγη.
Ἀλλ' ἔμπης γλυκὺ τοῦτο· ποθοβλήτοις γὰρ ἐπ' ἔργοις
ἐλπὶς ἀληθείης ἐστὶ μελιχροτέρη.

Ovid. amor. II 9, 43:

‚Me modo decipiant voces fallacis amicae,
sperando certe gaudia magna feram;
et modo blanditias dicat, modo iurgia nectat;
saepe fruar domina, saepe repulsus eam.‘

A. L. 700 [Petroni]:

‚Foeda est in coitu et brevis voluptas
et taedet Veneris statim peractae.

5. Nam languescit amor peritque flamma.
Sed sic sic sine fine feriati
et tecum iaceamus osculantes.
Hic nullus labor est ruborque nullus:
hoc iuvit, iuvat et diu iuvabit.
Hoc non deficit incipitque semper.'

§ 23. Venerem vel Cupidinem furta sua occultare consentaneum est. Itaque homines, si qui amori se dedunt, nisi arbitris remotis voluptatibus venereis non fruuntur, velut Philodemus puellam amatam amplexurus ancillae mandat (A. P. V 3):

Τὸν σιγῶντα, Φιλαινί, συνίστορα τῶν ἀλαλήτων
λύχνον ἐλαιηρῆς ἐκμεθύσασα δρόσου
ἔξιθι· μαρτυρίην γὰρ Ἔρως μόνος οὐκ ἐφίλησεν
ἔμπνουν·) *καὶ πηκτὴν κλεῖε, Φιλαινί, θύρην.*
καὶ σὺ φίλει, Ξανθώ με· . . . . .

Tibullus vero ita monet (I 2, 33):

‚Parcite luminibus, seu vir seu femina fiat
obvia: celari vult sua furta Venus.'

Quae cum ita sint, amantes homines cavent, ut ne temere effutiant amores suos; timent enim, ne garrulitatis poenas Cupidini aliisque dis expendant hominumque invidiam sibi conflent. Qua sententia iam Plato usus est in A. P. VII 100**), quod epigramma ut amatorium falso inter sepulcralia legitur:

Νῦν ὅτε μηδέν, Ἄλεξις, ὅσον μόνον εἶφ', ὅτι καλός,
ὦπται καὶ πάντῃ πᾶσι περιβλέπεται.
*θυμέ, τί μηνύεις κυσὶν ὀστέον;***) εἶτ' ἀνιήσεις*
ὕστερον; οὐχ οὕτω Φαῖδρον ἀπωλέσαμεν;

quod epigramma videtur imitatus esse Dioscorides in A. P. V 55, 7:

ἀλλὰ τί μηνύω κυσὶν ὀστέα; μάρτυρές εἰσι
τῆς ἀθυροστομίης οἱ Μίδεοι κάλαμοι.

*) At quod mortalibus nefas, deae licet: (A. P. V 122, 3 Philodemi)
ἐς τὰ φιλεύντων
ἔργα κατοπτεύειν οὐ φθόνος ἀθανάτῃ.

**) De hoc epigrammate disseruit Wilamowitz, Philolog. Untersuch. I 222.

***) Proverbii locum obtinet. Cf. von Prittwitz-Gaffron, Das Sprichw. im griech. Epigr. p. 6.

A. P. V 251, 5 Pauli Silentiari:

στήθεα δ' ἐζεύχθω τά τε χείλεα· τἆλλα δὲ σιγῇ
κρυπτέον· ἐχθαίρω τὴν ἀθυροστομίην.

Ovid. art. am. II 704:

‚ad thalami clausas, Musa, resiste fores.'

Alios locos ex Romanorum poetis sumptos collegit multos F. Wilhelm, Mus. Rh. LIX p. 288.

Etiamsi quis alterius amores casu comperit, illos ut celandos vulgare non licet.

Tibull. I 2, 37:

‚si quis et imprudens adspexerit, occulat ille
perque deos omnes se meminisse neget:
nam fuerit quicunque loquax, is sanguine natam,
is Venerem e rapido sentiet esse mari.'

Accedit, quod vel pudore amantes impediuntur, quominus si non amorem at tamen thalami voluptates disertis verbis efferant; immo tecte illa secreta significare satis habent.

A. P. V 127 Marci Argentari:

Στέρνα περὶ στέρνοις, μαστῷ δ' ἐπὶ μαστὸν ἐρείσας
χείλεά τε γλυκεροῖς χείλεσι συμπιέσας
Ἀντιγόνης καὶ χρῶτα λαβὼν πρόσχρωτα — τὰ λοιπὰ
σιγῶ, ...

Ovid. am. I 5 19:

‚Quos umeros, quales vidi tetigique lacertos!
Forma papillarum quam fuit apta premi!
Quam castigato planus sub pectore venter!
Quantum et quale latus, quam iuvenale femur!
Singula quid referam? nil non laudabile vidi
et nudam pressi corpus ad usque meum.
Cetera quis nescit? lassi requievimus ambo.'

Ovid. epist. [XV] 133:

‚Ulteriora pudet narrare, sed omnia fiunt.'*)

*) Conf. Goethii nostri poema, quod inscribitur ‚Brautnacht', extr.: ‚Dann hält er (scil. Amor) schalkhaft und bescheiden sich fest die beiden Augen zu.'

Ovid. amor. III 2, 83:

‚Risit et argutis quiddam promisit ocellis:
hic satis est; alio cetera redde loco!'

Huc pertinet etiam Lucian. deor. dial. XI: Luna Veneri interroganti amorem erga Endymionem aperit hisque verbis narrandi finem facit: *τότε τοίνυν ἐγὼ ἀψοφητὶ κατιοῦσα ἐπ' ἄκρων τῶν δακτύλων βεβηκυῖα, ὡς ἂν μὴ ἀνεγρόμενος ἐκταραχθείη — οἶσθα. τί οὖν ἄν σοι λέγοιμι τὰ μετὰ ταῦτα;*

Quae aposiopesis simili modo adhibita est a Plauto; cf. Pseud. 216 (Lorenz ad 760); 1178; Asin. 703.

§ 24. Cum Cupido omnes arbitros, ne furta sua vulgentur, ex cubiculo removeat, tamen adest lucerna testis quasi inanima; quam quippe amoribus faventem saepe poetae alloquuntur vel ipsam loquentem inducunt. Conscia omnium thalami voluptatum, tamen semper est taciturna.*)

A. P. V 3 Philodemi:

Τὸν σιγῶντα, Φιλαινί, συνίστορα τῶν ἀλαλήτων
λύχνον . . .

A. P. V 127 Marci Argentari: . . . . . *τὰ λοιπὰ*
σιγῶ, μάρτυς ἐφ' οἷς λύχνος ἐπεγράφετο.

A. P. V 196 Meleagri: . . . . . *ναὶ φιλάγρυπνον*
λύχνον ἐμῶν κώμων πόλλ' ἐπιδόντα τέλη.

A. L. 711:

‚Ludite: sed vigiles nolite exstinguere lychnos.
Omnia nocte vident, nil cras meminere lucernae.'

Martial. XIV 39: ‚Lucerna cubicularis.

Dulcis conscia lectuli lucerna,
quidquid vis facias licet, tacebo.'

Lucerna autem non solum fidam, sed etiam infidam videt puellam, si qua in Venerem prona fidem violavit rivalemque in cubiculum intromisit. Tum amator suspecti amoris stimulis agitatus lucernam implorat, ne periurae puellae rivalique luceat sed exstinguens voluptates illorum imminuat.

*) De hoc loco communi multa iam collegit E. Pertsch, De Valerio Martiale Graecorum poetarum imitatore. Dissert. inaug. Berolini 1911, p. 33.

A. P. V 6 Asclepiadis:

Λύχνε, σὲ γὰρ πτάραντα τρὶς ὤμοσεν Ἡράκλεια
ἥξειν κοὐχ ἥκει· λύχνε, σὺ δ', εἰ θεὸς εἶ,
τὴν δολίην ἀπάμυνον· ὅταν φίλον ἔνδον ἔχουσα
παίζῃ, ἀποσβεσθεὶς μηκέτι φῶς πάρεχε.

A. P. V 164, 3 Meleagri:

εἴ τις ὑπὸ χλαίνῃ βεβλημένος Ἡλιοδώρας
θάλπεται, ὑπναπάτῃ χρωτὶ χλιαινόμενος,
κοιμάσθω μὲν λύχνος· ὁ δ' ἐν κόλποισιν ἐκείνης
ῥιπτασθεὶς κείσθω δεύτερος Ἐνδυμίων.

A. P. V 165, 7 eiusdem:

ἦ νέος ἄλλος ἔρως, νέα παίγνια; μήποτε, λύχνε,
ταῦτ' ἐσίδῃς, εἴης δ' ἧς παρέδωκα φύλαξ.

A. P. V 4 Statylli Flacci:

Ἀργύρεον νυχίων με συνίστορα πιστὸν ἐρώτων
οὐ πιστῇ λύχνον Φλάκκος ἔδωκε Νάπῃ,
ἧς παρὰ νῦν λεχέεσσι μαραίνομαι, εἰς ἐπιόρκου
παντοπαθῆ κούρης αἴσχεα δερκόμενος.
Φλάκκε, σὲ δ' ἄγρυπνον χαλεπαὶ τείρουσι μέριμναι·
ἄμφω δ' ἀλλήλων ἄνδιχα καιόμεθα.

Lucernae est proprium sternuere; id quod in eam partem accipiunt homines amantes, ut lucernam ter sternuentem quasi oraculum amoris esse putent, quo quid futurum sit cognosci possit. Itaque cum Apolline, deo fatiloquo, eam comparari invenimus.

A. P. VI 333 Marci Argentari:

Ἤδη, φίλτατε λύχνε, τρὶς ἔπταρες· ἦ τάχα τερπνὴν
εἰς θαλάμους ἥξειν Ἀντιγόνην προλέγεις;
εἰ γάρ, ἄναξ, εἴη τόδ' ἐτήτυμον, οἷος Ἀπόλλων
θνητοῖς μάντις ἔσῃ καὶ σὺ παρὰ τρίποδι.

Neque vero semper amori hominum favet lucerna, sed etiam fit, ut amantium hominum voluptatibus invideat iisque insidietur.*) Lucernae enim invidae culpa factum est, ut Leander ad Hero suam Hellespontum transnaturus undis periret.

*) Conf. Grillparzer, Des Meeres und der Liebe Wellen III extrem.: ‚Die Lampe soll's nicht sehn.'

A. P. V 262 Agathiae Scholastici:

Μήποτε λύχνε, μύκητα φέροις, μηδ' ὄμβρον ἐγείροις,
μὴ τὸν ἐμὸν παύσῃς νυμφίον ἐρχόμενον.
αἰεὶ σὺ φθονέεις τῇ Κύπριδι· καὶ γὰρ ὅθ' Ἡρὼ
ἧρμοσε Λειάνδρῳ . . . θυμέ, τὸ λοιπὸν ἔα.

Non solum lucernae veterum superstitio tribuebat numen quoddam, sed etiam nocti appositis vocibus vel *ἱερή* vel *πότνια* vel *φίλη*; quae modo cum lucerna copulata modo sola in veterum carminibus amatoriis ab amantibus imploratur.

A. P. V 7 Meleagri:

Νὺξ ἱερὴ καὶ λύχνε, συνίστορας οὕτινας ἄλλους
ὅρκοις, ἀλλ' ὑμέας εἱλόμεθ' ἀμφότεροι·

A. P. V 164 eiusdem:

Ἔν τόδε, παμμήτειρα θεῶν, λίτομαί σε, φίλη Νύξ,
ναὶ λίτομαι, κώμων σύμπλανε, πότνια Νύξ,

A. P. V 165 eiusdem:

Ὦ Νύξ, ἃ φιλάγρυπνος ἐμοὶ πόθος Ἡλιοδώρας

A. P. V 190 eiusdem:

Ἄστρα) καὶ ἡ φιλέρωσι καλὸν φαίνουσα Σελήνη**)*
καὶ Νὺξ καὶ κώμων σύμπλανον ὀργάνιον,
ἆρά γε τὴν φιλάσωτον ἔτ' ἐν κοίταισιν ἀθρήσω
*ἄγρυπνον, λύχνῳ πόλλ' ἀποδυρομένην;***)*
ἢ τιν' ἔχει σύγκοιτον;

A. P. V 163 Asclepiadis:

Νύξ, σὲ γάρ, οὐκ ἄλλην μαρτύρομαι, οἷά μ' ὑβρίζει
Πυθιὰς ἡ Νικοῦς, οὖσα φιλεξαπάτης.

§ 25. Imprimis autem lectus, gravissimus complexuum testis, in carminibus amatoriis et Graecorum et Latinorum appellatur.****)

*) Cf. Prop. II 9, 41: ‚Sidera sunt testes' . . .

**) Jacobs cum hoc loco confert Theocr. II 10: *ἀλλὰ Σελάνα | φαῖνε καλόν.* — Aliis etiam locis Luna ut amantibus faveat imploratur; ipsa enim Endymionis amore est capta; cf. A. P. V 122 Philodemi et Ovid. epist. XVII 61–64.

***) Jacobs adnotat Apulei met. p. 213: ‚multumque cum lucerna secreta collocuta.' Mulierem cum lucerna loquentem suasque cum ea res communicantem habemus in Aristoph. Ecclesiaz. initio.

****) Nonnulla iam collegerunt Mallet l. l. p. 37 et Pertsch l. l. p. 33.

A. P. V 3, 5 Philodemi:

καὶ σὺ φίλει, Ξανθώ, με· σὺ δ', ὦ φιλεράστρια κοίτη,
ἤδη τῆς Παφίης ἴσθι τὰ λειπόμενα.

A. P. V 180, 12 Asclepiadis:

. . *ὧν κλίνη μάρτυς ἐπεγράφετο.*

Catull. LXI 111:

‚O cubile, quod omnibus
. . . . . .
candido pede lecti,
quae tuo veniunt hero,
quanta gaudia.'

eiusdem VI 6:

‚Nam te non viduas iacere noctes
nequicquam tacitum cubile clamat.'

Ovid. am. III 14, 26:

‚spondaque lasciva mobilitate tremat!'

eiusdem art. am. II 703:

‚Conscius, ecce, duos accepit lectus amantes.'

Prop. II 18, 35:

‚ipse tuus semper tibi sit custodia lectus.'

eiusdem II 15, 1:

‚O me felicem! o nox mihi candida! et o tu
lectule deliciis facte beate meis!
Quam multa adposita narramus verba lucerna,
quantaque sublato lumine rixa fuit!'

Martial. X 38, 6:

‚O quae proelia, quas utrimque pugnas
felix lectulus et lucerna vidit.'

A. L. 699 Petroni:

‚Sit nox illa diu nobis dilecta, Nealce,
quae te prima meo pectore composuit;
sit torus et lecti genius secretaque sponda,
queis tenera in nostrum veneris arbitrium.'

A. L. 760, 5:

‚„Nate" dies audit, nox et torus audit „amice",
et pro temporibus nomina mutat ei.'

§ 26. Amantes homines promptissimi sunt ad amores suos non solum fatendos, sed etiam iure iurando firmandos; talia autem iura iuranda quo promptius dantur, eo minus conservantur.*) Quae cum ita sint, iterum ac saepius in carminibus amatoriis amantium periurium perfidiaque notatur, hominesque monentur, ne amatorum iuri iurando fidem tribuant.

Periurii autem amantium ea est causa, quod id ius iurandum, quod ad res amatorias pertinet, *ὅρκος ἀφροδίσιος* qui dicitur, iustum vulgo non putatur; quod qui violaverit, poenas eum non daturum esse ferunt. Quam sententiam iam antiquitus vulgatam esse disertis verbis confirmat Plato in Conviv. p. 183, quo loco Pausaniam de Cupidine sic verba facientem fingit: *ὃ δὲ δεινότατον, ὥς γε λέγουσιν οἱ πολλοί, ὅτι καὶ ὀμνύντι μόνῳ συγγνώμη παρὰ θεῶν ἐκβάντι τὸν ὅρκον οὗ φασιν εἶναι. οὕτω καὶ οἱ θεοὶ καὶ οἱ ἄνθρωποι πᾶσαν ἐξουσίαν πεποιήκασι τῷ ἐρῶντι, ὡς ὁ νόμος φησὶν ὁ ἐνθάδε.* Idem in Phileb. p. 65: *καὶ ἐν ταῖς ἡδοναῖς ταῖς περὶ τἀφροδίσια, αἳ δὴ μέγισταί δοκοῦσιν εἶναι, καὶ τὸ ἐπιορκεῖν συγγνώμην εἴληφε παρὰ θεῶν.*

Sed ne Plato quidem hunc locum communem primus aperuit; scholion enim priori Platonis loco ascriptum exstat, ex quo iam Hesiodum illam sententiam non ignorasse apparet; dicit enim scholiasta: *Ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος, ἐπὶ τῶν δι' ἔρωτα ὀμνύντων πολλάκις καὶ ἐπιορκούντων. μέμνηται δὲ ταύτης καὶ Ἡσίοδος, λέγων·*

ἐκ τοῦδ' ὅρκον ἔθηκεν ἀμείνονα ἀνθρώποισι
νοσφισίων ἔργων περὶ Κύπριδος,

καὶ Πλάτων ἐν Συμποσίῳ.

Scholiastae autem illud *Ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος* Graecis in proverbio vetustate trito fuisse Diogenianus

*) Conf. Goethium nostrum in poemate, quod inscribitur ‚Wer kauft Liebesgötter?', extr.:

‚Sie (scil. Cupidines) lieben sich das Neue;
doch über ihre Treue
verlangt nicht Brief und Siegel;
sie haben alle Flügel.'

affirmat.*) Itaque non mirum, quod hic τόπος in poesi amatoria est frequentatus.**)

a) Exempla primum quidem ea afferam, quibus amantes homines temere peierare vel fidem fallere demonstretur.

A. P. V 6 Asclepiadis:

. . . ὤμοσεν Ἡράκλεια | ἥξειν κοὐχ ἥκει·

A. P. V 278 Pauli Silentiari:

ἃ πόσα τὴν Κυθέρειαν ἐπώμοσεν ἕσπερος ἥξειν·
ἀλλ' οὔτ' ἀνθρώπων φείδεται οὔτε θεῶν.

ad quem locum Jacobs ascripsit Verg. Aen. X 880:

, ... nec divom parcimus ulli.'

A. P. V 249, 8 eiusdem Pauli Silentiari:

Λείδια μή με λίπῃς· ἐστὲ γὰρ ὀρκαπάται.

Ovid amor. III 11, 21:

‚Turpia quid referam vanae mendacia linguae
et periuratos in mea damna deos?'

Ovid. epist. [XV] 55:

‚Nec vos decipiant blandae mendacia linguae!
Quae dicit vobis, dixerat ante mihi.'

Ovid. art. am. I 645:

‚Fallite fallentes: ex magna parte profanum
sunt genus; in laqueos, quos posuere, cadant!
(657) Ergo ut periuras merito periuria fallant,
exemplo doleat femina laesa suo!'

b) Interdum amator, ut amoris vinculis se liberet, iusiurandum sibi ipse dat aliquamdiu puellam amatam se vitaturum esse; neque vero ullo modo peierare non potest; nam vel iram deorum subire quam puellam dimittere mavult.

A. P. V 132 Maeci:

Ὤμοσ' ἐγώ, δίο νύκτας ἀφ' Ἡδυλίου, Κυθέρεια,
σὸν κράτος, ἡσυχάσειν· . . . .
(5) αἱροῦμαι δ' ἀσεβεῖν κείνης χάριν, ἢ τὰ σὰ τηρῶν
ὅρκι' ἀποθνήσκειν, πότνι', ὑπ' εὐσεβίης.

*) Cf. Paroemiogr. Graec. edd. Leutsch et Schneidewin. Gottingae 1839, p. 221.

**) De hoc loco communi nonnulla iam collegerunt Jacobs, Animadvers. in epigr. Anthol. Graec. I 2, p. 260 et Mallet l. l. p. 19 sq. et von Prittwitz-Gaffron l. l. p. 13.

A. P. V 255, 5 Pauli Silentiari:

ὤμοσα γὰρ λυκάβαντα μένειν ἀπάνευθεν ἐκείνης·
ὦ πόποι· ἀλλ' ἱκέτης πρωΐος εὐθὺς ἔβην.

A. P. V 253 eiusdem:

Ὤμοσα μιμνάζειν σέο τηλόθεν, ἀργέτι κοίρη,
ἄχρι δυωδεκάτης, ὦ πόποι, ἠριπόλης·
οὐδ' ἔτλην ὁ τάλας· τὸ γὰρ αὔριον ἄμμι φαάνθη
τηλοτέρω μήνης, ναὶ μὰ σέ, δωδεκάτης.
ἀλλὰ θεοὺς ἱκέτευε, φίλη, μὴ ταῦτα χαράξαι
ὅρκια ποιναίης νῶτον ὑπὲρ σελίδος·
θέλγε δὲ σαῖς χαρίτεσσιν ἐμὴν φρένα· μηδέ με μάστιξ,
πάτνα, κατασμύξῃ καὶ σέο καὶ μακάρων.

Tibull. II 6, 13:

‚iuravi quotiens rediturum ad limina nunquam!
cum bene iuravi, pes tamen ipse redit.'

Similiter Tibull. I 5, 1 sq.

c) Talia periuria ideo tam saepe fiunt, quod di amantes homines periuros impunitos dimittere putantur. Nam ipse Juppiter semel atque iterum huiusmodi culpam in se admisit.

A. P. V 5 Callimachi:

ὤμοσεν· ἀλλὰ λέγουσιν ἀληθέα, τοὶς ἐν ἔρωτι
ὅρκους μὴ δύνειν οὔατ' ἐς ἀθανάτων.

A. P. V 51 Dioscoridis:

Ὅρκον κοινὸν Ἔρωτ' ἀνεθήκαμεν· ὅρκος ὁ πιστὴν
Ἀρσινόης θέμενος Σωσιπάτρῳ φιλίην.
ἀλλ' ἡ μὲν ψευδής, κενὰ δ' ὅρκια· τῇ δ' ἐφυλάχθη
ἵμερος· ἡ δὲ θεῶν οὐ φανερὴ δύναμις.

Haec duo Anthologiae Palatinae exempla iam Mallet p. 22 vulgavit.

Publil. Syr. 38:

‚Amantis iusiurandum poenam non habet.'

Ovid. am. III 3, 1:

‚Esse deos hic crede: fidem iurata fefellit,
et facies illi, quae fuit ante, manet!
(11) Scilicet aeterno falsum iurare puellis
di quoque concedunt, formaque numen habet.'

Ovid. am. III 11, 45: . . . . . ‚per omnes,
qui dant fallendos se tibi saepe, deos.' . .

Tibull. III 6, 49:
. . . . . ‚periuria ridet amantum
Juppiter et ventos inrita ferre iubet.'

Tibull. I 9, 5:
‚parcite, caelestes: aequum est impune licere
numina formosis laedere vestra semel.'

Quid, quod amatores monentur, ne iurare timeant, quod amantium periuria Juppiter non curet?

Tibull. I 4, 21:
‚nec iurare time: Veneris periuria venti
inrita per terras et freta summa ferunt.
gratia magna Jovi: vetuit pater ipse valere,
iurasset cupide quidquid ineptus amor.'

Ovid. art. am. I 631:
‚nec timide promitte: trahunt promissa puellas;
pollicito testes quoslibet adde deos!
Juppiter ex alto periuria ridet amantum
et iubet Aeolios inrita ferre Notos.
Per Stryga Junoni falsum iurare solebat
Juppiter: exemplo nunc favet ipse suo.'

Ovid. am. I 8, 85:
‚nec, si quem falles, tu periurare timeto:
commodat in lusus numina surda Venus.'

At etiam contraria monentur: caveant amantes, ne peierent, quod non semper eorum periuria impune relinquantur.

Prop. II 16, 47:
‚non semper placidus periuros ridet amantes
Juppiter et surda neglegit aure preces.
(53) periuras tunc ille solet punire puellas,
deceptus quoniam flevit et ipse deus.'

d) Amantium iura iuranda quia nihil valere homines haud ignorant, fidem non habent.

A. P. V 174 Meleagri:

Οἶδα· τί μοι κενὸς ὅρκος, . . .

A. P. V 183 eiusdem:

Ἔγνων, οὔ μ' ἔλαθες · τί θεούς; οὐ γάρ με λέληθας ·
ἔγνων · μηκέτι νῦν ὄμνυε · πάντ' ἔμαθον ·
ταῦτ' ἦν, ταῦτ', ἐπίορκε; . . .

Tibull. III 6, 47:

‚etsi perque suos fallax iuravit ocellos
Junonemque suam perque suam Venerem
nulla fides inerit . . .'

Horat. c. II 8, 1:

‚Ulla si iuris tibi peierati
poena, Barine, nocuisset umquam,
dente si nigro fieres vel uno
turpior ungui,
crederem: sed . . .'

Quin etiam disertis verbis monentur amantes, ne credant his iuribus iurandis.

Ovid. rem. am. 687:

‚At tu nec voces (quid enim fallacius illis?)
crede nec aeternos pondus habere deos.'

e) Iura iuranda amatoria laedere vel promissis non stare scriptores et Graeci et Latini ita verbis efferre solent, ut vota ventis et undis rapta esse dicant; id quod nos simili imagine usi dicimus: ‚etwas ist in den Wind geredet.' *) De qua formula pertrita cum alii tum Mallet l. l. uberius disputaverunt exemplaque multa collegerunt, ut nihil habeam quod addam.

§ 27. Amor desideriumque saepe ita apparet, ut invideat amator iis omnibus rebus, quibus a puella amata attingi vel una cum ea saepe esse licet, sive vesti qua puella tegitur, sive aurae quam spiritu ducit, sive rosae quam manibus decerpit, sive poculo quod labris attingit, sive aliis rebus; quin etiam eo desiderii procedit, ut in illas omnes res

*) Conf. Körner, Zriny V 6: ‚Wenn deine Schwüre nicht der Wind verwehte.'

mutari cupiat. Quae sententia imprimis a Graecorum poetis est usurpata.*)

Ps.-Anacr. 22, 5:

ἐγὼ δ' ἔσοπτρον εἴην,
ὅπως ἀεὶ βλέπῃς με·
ἐγὼ χιτὼν γενοίμην,
ὅπως ἀεὶ φορῇς με.
ὕδωρ θέλω γενέσθαι,
ὅπως σε χρῶτα λούσω·
μύρον, γύναι, γενοίμην,
ὅπως ἐγώ σ' ἀλείψω.
καὶ ταινίη δὲ μαστῶν
καὶ μάργαρον τραχήλῳ
καὶ σάνδαλον γενοίμην·
μόνον ποσὶν πάτει με.

Theocr. III 12:

αἶθε γενοίμαν
ἃ βομβεῦσα μέλισσα καὶ ἐς τεὸν ἄντρον ἱκοίμαν
τὸν κισσὸν διαδὺς καὶ τὰν πτέριν ἅ τυ πυκάσδει.

A. P. V 82 incerti:

Εἴθ' ἄνεμος γενόμην, σὺ δ' ἐπιστείχουσα παρ' ἀγὰς
στήθεα γυμνώσαις καί με πνέοντα λάβοις.

A. P. V 83 incerti:

Εἴθε ῥόδον γενόμην ὑποπόρφυρον, ὄφρα με χερσὶν
ἁρσαμένη χαρίσῃ στήθεσι χιονέοις.

A. P. XV 35 Theophanis:

Εἴθε κρίνον γενόμην ἀργέννεον, ὄφρα με χερσὶν
ἁρσαμένη μᾶλλον σῆς χροτιῆς κορέσῃς.

*) Sententia etiam apud nostros poetas est frequentata; conferas, ut exemplum afferam, Goethii nostri poema, quod inscribitur „Liebhaber in allen Gestalten“:

‚Ich wollt', ich wär' ein Fisch,
so hurtig und frisch;
und kämst du zu angeln,
ich würde nicht mangeln.
Ich wollt', ich wär' ein Fisch,
so hurtig und frisch.‘ et sqq.

A. P. V 173 Meleagri:

Εὕδεις, Ζηνοφίλα, τρυφερὸν θάλος· εἴθ' ἐπὶ σοὶ νῦν
ἄπτερος εἰσῄειν ὕπνος ἐπὶ βλεφάροις,
ὡς ἐπὶ σοὶ μηδ' οὗτος, ὁ καὶ Διὸς ὄμματα θέλγων,
φοιτήσαι, κάτεχον δ' αὐτὸς ἐγώ σε μόνος.

A. P. XII 52 Meleagri:

Οὔριος ἐμπνεύσας ναύταις Νότος, ὦ δυσέρωτες,
ἡμισύ μευ ψυχᾶς ἅρπασεν Ἀνδράγαθον.
Τρὶς μάκαρες νᾶες, τρὶς δ' ὄλβια κύματα πόντου,
τετράκι δ' εὐδαίμων παιδοφορῶν ἄνεμος.
Εἴθ' εἴην δελφίς, ἵν' ἐμοῖς βαστακτὸς ἐπ' ὤμοις
πορθμευθεὶς ἐσίδῃ τὰν γλυκόπαιδα Ῥόδον.

A. P. V 294 Leonti:

Ψαῦε μελισταγέων στομάτων, δέπας· εὗρες, ἄμελγε·
οὐ φθονέω· τὴν σὴν δ' ἤθελον αἶσαν ἔχειν.

A. P. XII 142 Rhiani:

Ἰξῷ Δεξιόνικος ὑπὸ χλωρῇ πλατανίστῳ
κόσσυφον ἀγρεύσας, εἶλε κατὰ πτερύγων·
χὠ μὲν ἀναστενάχων ἀπεκώκυεν ἱερὸς ὄρνις.
Ἀλλ' ἐγώ, ὦ φίλ' Ἔρως καὶ θαλεραὶ Χάριτες,
εἴην καὶ κίχλη καὶ κόσσυφος, ὡς ἂν ἐκείνου
ἐν χερὶ καὶ φθογγὴν καὶ γλυκὺ δάκρυ βάλω.

A. P. XII 190 Stratonis:

Ὄλβιος ὁ γράψας σε, καὶ ὄλβιος οὗτος ὁ κάλλει
τῷ σῷ νικᾶσθαι κηρὸς ἐπιστάμενος.
Θριπὸς ἐγὼ καὶ σύρμα τερηδόνος εἴθε γενοίμην,
ὡς ἀναπηδήσας τὰ ξύλα ταῦτα φάγω.

A. P. VII 669 (carm. sepulcr.) Platonis:

Ἀστέρας εἰσαθρεῖς ἀστὴρ ἐμός· εἴθε γενοίμην
οὐρανός, ὡς πολλοῖς ὄμμασιν εἰς σὲ βλέπω.

Romanorum poetarum exemplum hoc mihi enotuit: (Ovid. am. II 15, 7) Amator anulum, quem puellae donaturus est, sic appellat:

,Felix, a domina tractaberis, anule, nostra:
invideo donis iam miser ipse meis.

O utinam fieri subito mea munera possem
artibus Aeaeae Carpathiive senis!
Tunc ego te cupiam, domina, et tetigisse papillas ·
et laevam tunicis inseruisse manum:
elabar digito quamvis angustus et haerens
inque sinum mira laxus ab arte cadam.' et sqq.

§ 28. Amatores eo plerumque spectant, ut osculentur puellas. Quae cum ita sint, non est mirum, quod saepe in carminibus amatoriis mentio fit osculandi. Quod ita intellegi solet, ut anima utriusque osculantis labris ab altero in alterum transfundatur. Quam sententiam iam apud Platonem legimus: (A. P. V 77)

Τὴν ψυχήν, Ἀγάθωνα φιλῶν, ἐπὶ χείλεσιν εἶχον ·
ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς διαβησομένη.

Hoc aliaque exempla multa, quae apud eroticos et Graecos et Romanos exstant, iam ab aliis viris doctis sunt collecta.*) Hunc unum Theocriti locum addere mihi liceat (XXVII 61):

αἴθ' αὐτὰν δυνάμαν καὶ τὰν ψυχὰν ἐπιβάλλειν.

Huic loco communi subest imago bibendi; bibit enim, ut ita dicam, alter alterius animam. Sed aperte quoque osculum amantium praecipue apud Graecos comparatur cum nectari, id quod haec exempla doceant: (Lucian. deor. dial. 5, 4) *φιλεῖ* (scil. *ὁ Γανυμήδης*) *ἥδιον τοῦ νέκταρος.*

(A. P. V 304 incerti)

Κούρη τίς με φίλησεν ὑφ' ἕσπερα χείλεσιν ὑγροῖς.
νέκταρ ἦν τὸ φίλημα · τὸ γὰρ στόμα νέκταρος ἔπνει ·
καὶ μεθύω τὸ φίλημα, πολὺν τὸν ἔρωτα πεπωκώς.

Horat. c. I 13, 15:

. . . . . ,oscula quae Venus
quinta parte sui nectaris imbuit.'

Alia etiam ratione poculum in usum suum conferunt amantes homines. Abutuntur enim poculo, quo oscula clam inter se ferant, ita ut puella quasi oscula simul cum vino offerens

*) Conf. Jacobs, Animadvers. in Anthol. Graec. I 1, p. 337, Hertzberg ad Propert. I 13, 17, Mallet l. l. p. 37.

poculum, postquam ipsa labris attigit, amatori praebeat, qui eidem ipsi poculi loco cui puella labra admovet. Quo lusu, ut ipso amantes delectantur, ita praecipue id agunt, ut coram aliis etsi osculis fruantur, tamen se osculari dissimulent.

A. P. V. 260 Agathiae Scholastici:

Εἰμὶ μὲν οὐ φιλόοινος· ὅταν δ' ἐθέλῃς με μεθύσσαι,
πρῶτα σὺ γευομένη πρόσφερε, καὶ δέχομαι.
εἰ γὰρ ἐπιψαύσεις τοῖς χείλεσιν, οὐκέτι νήφειν
εὐμαρὲς οὐδὲ φυγεῖν τὸν γλυκὺν οἰνοχόον·
πορθμείει γὰρ ἔμοιγε κύλιξ παρὰ σοῦ τὸ φίλημα
καί μοι ἀπαγγέλλει τὴν χάριν ἣν ἔλαβεν.

Quo cum carmine Jacobs confert Aristaen. I 25: *τοῦτον δὴ τὸν τρόπον, ὥσπερ ἐκ στομάτων ὑπεφίλουν ἀλλήλους, καταπίνοντες τὰ φιλήματα, καὶ τὸν οἶνον τοῖς χείλεσι κεκραμένον καὶ μέχρι καὶ αὐτῆς παρέπεμπον τῆς καρδίας.*

Ovid. amor. I 4, 31:

‚quae tu reddideris, ego primus pocula sumam
et, qua tu biberis, hac ego parte bibam.'

Ovid. art. am. I 575:

‚fac primus rapias illius tacta labellis
pocula, quaque bibit parte puella, bibas.'

Lucianus Junonem de Ganymede Jovem maritum his verbis obiurgantem fingit (deor. dial. 5, 2): *καὶ τὸ φίλημά σοι ἥδιον τοῦ νέκταρος, καὶ διὰ τοῦτο οὐδὲ διψῶν πολλάκις αἰτεῖς πιεῖν· ὁτὲ δὲ καὶ ἀπογευσάμενος μόνον ἔδωκας ἐκείνῳ, καὶ πιόντος ἀπολαβὼν τὴν κύλικα ὅσον ὑπόλοιπον ἐν αὐτῇ πίνεις, ὅθεν καὶ ὁ παῖς ἔπιε καὶ ἔνθα προσήρμοσε τὰ χείλη, ἵνα καὶ πίνῃς ἅμα καὶ φιλῇς·*

Ibid. 6, 2 Juno apud Jovem Ixionem, qui se sectetur, accusat: *ὁ δὲ* (scil. *Ἰξίων*) *καὶ ἔστενε καὶ ὑπεδάκρυε, καὶ εἴ ποτε πιοῦσα παραδοίην τῷ Γανυμήδει τὸ ἔκπωμα, ὁ δὲ ᾔτει ἐν αὐτῷ ἐκείνῳ πιεῖν καὶ λαβὼν ἐφίλει μεταξὺ καὶ πρὸς τοὺς ὀφθαλμοὺς προσῄγε καὶ αὖθις ἀφεώρα ἐς ἐμέ· ταῦτα δὲ ἤδη συνίειν ἐρωτικὰ ὄντα.*

Etiam per alias res puella oscula mittit amatori, sive zona abutitur sive pomis sive placenta.

A. P. V 284 Agathiae Scholastici:

Εἰρχομένη φιλέειν με κατὰ στόμα δῖα Ῥοδάνθη
ζώνην παρθενικὴν ἐξετάνυσσε μέσην
καὶ κείνην φιλέεσκεν· ἐγὼ δέ τις ὡς ὀχετηγὸς
ἀρχὴν εἰς ἑτέρην εἶλκον ἔρωτος ὕδωρ,
αὖ ἐρύων τὸ φίλημα· περὶ ζωστῆρα δὲ κούρης
μάσιακι ποππύζων τηλόθεν ἀντεφίλουν.
ἦν δὲ πόνου καὶ τοῦτο παραίφασις· ἡ γλυκερὴ γὰρ
ζώνη πορθμὸς ἔην χείλεος ἀμφοτέρου.

A. L. (Riese) 218, 7:

‚at si dissimulas, multum mihi cara, venire,
oscula cum pomis mitte: vorabo libens.‘

A. L. (Meyer) 257, 9:

‚Misit dente levi paullum libata placentae
munera, de labris dulcia mella suis.
Nescio qui plus melle sapit, quod contigit, ipsa
spirans Cecropium, dulcis odore, thymum.‘

Index.

Pag.

§ 1. Amantes homines cum dis comparantur 5
§ 2. De iudicio Paridis in poesi amatoria adhibito 8
§ 3. Puella est digna, quae ab artifice effingatur 9
§ 4. Periculum est, ne Juppiter puellam sectetur 10
§ 5. De Gratiis in carminibus amatoriis commemoratis 12
§ 6. Minerva et Venus inter se contendentes 14
§ 7. Homines monentur, ut Cupidinem fugiant 17
§ 8. Amor est penniger 18
§ 9. Amor comparatur cum piscatore vel aucupe 18
§ 10. Amori plerumque frustra repugnatur 20
§ 11. Amor in animos hominum advolat; ut avolet, moveri non potest 21
§ 12. Amantes homines ab Amore petunt, ut se agitare desinat aliosque potius vexet 22
§ 13. Amator quidvis perpeti vult, dum iungatur cum puella 23
§ 14. Deus pugnat contra hominem 25
§ 15. Homines ut amori se dedant, deorum exemplo incitantur . . . 26
§ 16. Amoris epitheta 29
§ 17. Amor homines amantes vexat atque etiam absumit 30
§ 18. De militia Amoris 33
§ 19. Venerem hominum et amantium et naufragorum esse fautricem 34
§ 20. Rixis et iurgiis amorem augeri 36
§ 21. Amantes homines optant, ut aut uterque aut neuter amore sit inflammatus 38
§ 22. Voluptatum multo iucundiorem esse appetitum quam ipsas voluptates 39
§ 23. Cupido furta sua occultare studet 41
§ 24. De lucerna, teste inanima voluptatum 43
§ 25. De lecto, gravissimo complexuum teste 45
§ 26. De periurio hominum amantium 47
§ 27. Amatores optant, ut in eas res mutentur, quibus a puella amata attingi licet 51
§ 28. De osculo 54